

Vol 2 . 2

ENCHIRIDION
TITVLORVM
ALIQUIT

IURIS,

VIDELICET.

De verborum & rerum significatione,
ex Pandectis.

De regulis iuris, tum ex Pandectis, tum
ex Decretalibus, & Sexto.

De gradibus Affinitatis, ex Pandectis.

Ad hæc, Rubricæ omnes Cæsarei
& Pontificij Iuris.

IN VIRTUTE



ET HONORATISSIMA.

LUGDVNI,
APVD GVLIELMVM
ROVILLIVM.

1583.

LITAPLORAK
ALIOLOGI

DE V
RVM.
CA
Tinamus X
Videatur
Alp
MANVS
Le
BSEN
cam, q
propter
defenten
té extr
vise a
vialastis,
apparatu sed
TAYLVS
Lex X
A
de rebus et

DE VERBO
RVM SIGNIFI
CATIONE.

Titulus XVI. Libri I.

Pandectarum per ordinem
Alphabetti.

VLPIANVS libro VII. ad editus.
Lex CXXIX.

ABSENTEM accipere debemus
cum, qui non est in eo loco, in quo
petitur. Non enim trans mare
absentem desideramus: sed si for-
te extra continentia viribus sis-
tib[us] abest, ceterum usque ad continentia non abesse
videtur, si non latet. Abesse non videtur, qui ab
hostibus captus est: sed qui a latoribus detinetur.

PAVLVS libro XXIIII.

Lex XXXIII.

ACtionis verbo etiam persecutio consine-
tur.

A 2



DE VERBORUM ET

VLPIANVS. libro VII.

Lex CXXXIX.

A Edificia Romæ fieri etiam ea videntur, quæ
in continentibus Rome adficijs sunt. Per-
fecisse adficijum is videtur, qui ita consummavit,
ut iam in rysu esse possit.

IDB M. libro ad edictum.

Lex XXVII.

A Ger est locus, qui sine villa est. Stipendium
a stipe appellatum est: quod per stipes: id est:
modica æra collegatur. Idem hoc etiam tributum
appellari Pomponius ait. Et sanè appellatur à
contributione tributum: vel ex eo, quod milibus.
tributatur.

PAVLVS libro XII.

Lex XXVIII.

A Lienationis verbum etiam ryscationem
cōtinet. Vix est enim, ut non videatur alienare
qui patitur ryscapi. Eum quoque alienare
dicimus, qui non rysendo amicis servitutem. Qui
occasione adquirendi non rysiter, non intelligitur
alienare: veluti qui hereditatem omittit, aut op-
tionem intra certum tempus datam non ample-
titur. Oratio que neque coniunctionem, neque
disiunctionem habet, ex mente prouuntiantis, vel
disiuncta vel coniuncta accipitur.

VLPIANVS lib. LXXVII. ad edictum.

Lex LXVII.

A Lienatum non propriè dicitur, quod adhuc
in do

RERVM SIGNIFIC.

in dominio renditoris manet: venditum tamen
receditur. Donationis verbo simpliciter loquendo
omnem donationem comprehendisse videtur,
sive mortis causa, sive non mortis causa fuerit.

IDE M libro LXXIX ad edictum.

Lex LXXX.

Aliud est capere, aliud accipere. Capere, cum effectu accipitur: accipere etiam si quis non sciebat, ut habeat. Ideoque non videtur quis capere, quod est restituturus, sic & peruenisse proprium illud accipit, quod est remansurum. Hec verba, his rebus recte prestari hoc significant, ne quod periculum, vel damnum ex ea re stipulator sentiret.

IDE M. Lib. IIII. ad legem Iul. Papiam.

Lex CXXXI.

Aliud est fraus, aliud pena. Fraus enim si non pena esse potest. Pena sine fraude esse non potest. Pena est ^{*noxa.} noxia vindicta: fraus & ipsa noxia dicitur, & quasi pena quedam preparatio. Inter multam autem & penam, multum interest: quum pena generale nomen sit & omnium delictorum coercitio: multa specialis peccati cuius animaduersio hodie pecuniaria est. Pena quatenus non tantum pecuniaria, rerum & capitum existimationis irrogari solet. Et multa quidem ex arbitrio eius venit, qui multam dicit. Pena non irrogatur, nisi que quaque lege, vel quo alio iure specialiter huius delicto imponi-

DE VERBORVM ET

ta est: quin mōdū multa ibi dicitur, ubi specialiter
pana non est imposta. Item multam is dicere
potest, cui adiudicatio data est. Magistratus e-
num solos. & presides provinciarum posse multā
dicere, mandatis permisum est. panam autem
unusquisque irrogare potest, cuius huius criminis,
sive delicti executio competit.

IDEM libro XL.

Lex CLXXXII.

* noxāve. **A**liud est promittere furem non esse, aliud
furto & noxiāque solutum. Qui enim dicit
* noxāq; furem non esse, de hominis proposito loquitur: que
furto & noxiāque solutum, nemini esse furii obli-
gatum permittit.

PAYLVS libro I. ad legem Iuliam.

Lex CXXXII.

Anniculus amittitur, qui extremo anni die
moritur, & consuetudo loquendū ita esse
declarat. Ante diem decimum Calendarum, &
* nec vtro Post diem decimum Calendarum, & utroque ser-
mone undecima dies significatur. Falsum est
eam peperisse, cui mortue filius extractus est.

IDEM libro II.

Lex CXXXIII.

Anniculus non statim ut natus est, sed tre-
centesimo sexagesimo quinto die dicuntur, in-
cipiente plane non exacto die: quia annum ciui-
lii er non ad momenta temporum, sed ad dies na-
merumines.

CAIUS

M. ET
significare
multum si dico
et. Magistratus
arum post multum
opponam non
cuiusdam causa

R E R V M / S I G N I F I C .

C A I U S libro XXXIIII. ad editum prou.

Lex LII.

A Ppellatione parentis, non tantum pater sed
etiam avus & proavus, & deinceps omnes
superiores continetur: sed etiam mater, & amia, &
proavia.

P A U L U S lib. LXXXII. Lex LXXXII.

A Ppellatione rei etiam pars continetur.
A POMPONIUS lib. V. epistolarum.

Lex CCXLVI.

A Bud Labecorum libris & nō in scriptum id est, ve
rest. Exhibit, qui prestat eius, de quo agitur similium
presentiam. Nam etiam qui sibi, prestat eius,
de quo agitur, presentiam. Nec tamen exhibit,
qui mutum aut furiosum, aut infantem exhibit:
nomen potest videtur eius prestare presentiam,
cum nemo ex eo genere presentis apte appellari
potest. Restituit non tantum quis olim corpus,
sed etiam qui omnem rem conditionemque redi-
tita causa prestat, & tota restituto, iuris inter-
pretatio est.

C A I U S libro XXI. Lex XLII.

A Rmorum appellatio non utique tantum scis
fusiles, & gladios, & galeas significat: sed &
fusiles, & lapides.

N O D E S T I N U S . libro II. Pandectarum.

Lex CXXI.

A Signare libertum; hoc est, testificari cuius
& liberis libertum eum esse velit.

A 4



DE VERBORVM ET

V LPIANVS libro X. ad edictum.

Lex XV.

Addel. cū
qui & l. in
ter publi.

Bona ciuitatis abusiuē publica di clā sunt: so-
la enim ea publica sunt, quæ populi Roma-
ni sunt.

M O D E S T I N V S lib. V. Pande. Lex CX.

Bona fidei emptor esse videtur, qui aut igno-
ravit eam rem alienam esse: aut eum, qui
rendidit, ius putauit vendidi habere puta pro-
curatorem aut tutorem esse.

V LPIANVS libro LVIII. ad edictum.

Lex XLIX.

Bonorum appellatio aut ciuilis est, aut nata-
ralis. Naturaliter bona ex eo dicuntur, quod
beant: hoc est, beatos faciunt. Beare est predeesse.
In bonis autem nostris computari sciendum est.
non solum quæ domini nostri sunt, sed et si bona
fide à nobis posideantur: vel superficiaria sint.
Aequè bonis adnumerabitur, etiam si quid est
in actionibus, petitionibus, persecutioibus. Nam
hec omnia in bonis esse videntur.

A F F R I C A N V S libro IIII.

Lex CCVIII.

Bonorum appellatio, sicut hereditatis, rniuer-
sitatē quandam ac ius successionis, et non
singulas res demonstrat.

P O M P O N I V S libro VI. ad senatus consul.

Lex LXXXIX.

Bones magis armentorum, quam iumentorum
nomine

M 11
ad editum.
licet distincte, fo-
qua populare.
panda. Ius Cr.
tetur, qui acri-
esse; aut cum po-
habere parat po-
X. ad edictum.
nullis est, aut ex co-
cessione, pri-
Beati fratres, et
tar, sed etiam pia-
fum, sed etiam pia-
superiora fac-
etiam ius videt
secundum ius.
to 1111
ereditationem,
cessimur, et
Uicinatus, et
IX. quae in hereditate
remittuntur.

R E R V M S I G N I F I C .

nomine appellantur. Hoc sermone, dum nuptia erit, prima nuptia significantur. Inter redderes, & eder rationes, multum interest: nec is, quod eder iussus est, reliquum reddere debet. Nam & argentarius edere ratione videtur, etiam si quod reliquum sit apud eum, non soluat.

V L P I A N U S libro X X V . ad edictum.

Lex C L X V I .

Additio
pali.

C Arbonii appellatione, materia non continet. Cri Offilius ait. Sed an lignorum? & fortassis quis dicet, nec lignorum: non enim lignorum gratia haec testator habuit. Sed titiones, & aliae ligna cocta, ne fumum faciant, utrum ligno, an carboni, an suo generi adnumerabimus? Et magis est, ut proprium genus habeat. Sulfurata quoque de ligno, & quae eandem habebunt definitionem. Ad faces quoque parata, non erunt lignorum appellatione comprehensa: nisi haec fuerit voluntas. Idem etiam de nucleis olimarum, sed & de balanis est: vel si quis ali nuclei sunt. De pinu autem integrò strobilis ligni appellatione continebuntur.

I D E M . libro I . de adulterio.

Lex C C X I I I .

C Edere diem significat incipere deberi pecuniam. Venire diem, significat eum diem venisse, quo pecunia peti possit. Vbi ergo pure quis stipulatus fuit, & cessit, & venit dies, ubi in diem cessit dies, sed nondum venit. Vbi sub conditione: neque cessit, neque venit dies pendente adhuc

A s

10 DE VERBORVM ET

conditione. **A**es alienum est, quod nos alijs debemus. **A**es suum est, quod alijs nobis debent. **D**ata culpa, est nimia negligentia: id est non intelligere quod omnes intelligunt.

RABOLENV S libro VI. Lex Cassio.

Lex C XI.

Censere est constitvere, & precipere, unde etiam dicere solemus, censeo ut hoc facias: & Senatum aliquid censiisse. Inde Censoris nomen videtur esse traclum.

RAVLV S libro VI. Lex C XL.

Cepisse quis intelligitur, quamvis alijs adquisivit.

CAIVS libro LXXII.

Lex C LXXXI.

Cetera quoque: quibus tueri, curandire corporis nostri gratia vtimur, ea appellatione significantur.

Constituitur infra post. verbo vctus.

VLPIANV S lib II. ad Senatns cons.

Lex C LX.

Ceteroru, & reliquoru appellatione etiam omnes continentur: ut Marcellus ait, circa eum, cui optio serui legata est, ceteri Sempronio. Nam tentat si non optet, omnes ad Sempronium pertinere.

IDEM libro L X. Lex L VI.

Cognoscere instrumenta, est relegere, & recognoscere. Dispungere, est conferre accepta,

M. 89
R E R V M S I G N I F I C .

*E*dara. Liberorum appellatione continentur,
non tantum qui sunt in potestate, sed omnes quae
sui iuris sunt, sine virilis sine feminino sexus
sunt ex feminis descendentes.

I D E M libro XXXVIII.

L e x C L X X I I I .

Collegarum appellatione iuris continentur, qui
sunt eiusdem potestatis. Qui extra conti-
nentia urbis est, abest; ceterum usque ad conti-
nentia non abesse videbitur.

I D E M Lex CLXXXVI.

Commendare nihil aliud est, quam deponere.

I D E M libro XII.

L e x L I V I .

Conditionalis creditores dicuntur iuris, quibus
nondum competit actio, est autem competi-
tura, vel qui spem habent, ut competitat.

P A U L V S libro XVII.

L e x X X I X .

Convictione enim nonnunquam pro disius-
tione accipi, Labeo ait: ut in illa stipula-
tione nihili hereditiq; meo, te heredemque tuum.

FLORENTINVS libro X. Institut.

L e x C C I X .

Coram Titio aliquid facere iussus, non videtur
præsentे eo fecisse, nisi sit intelligat, itaq;
sifuriosus, aut infans sit, aut dormiat, non vde-
tur coram eo fecisse. Scire autem non etiam relle-
detur: nam et iniuncto reo recte fit, quod iussum est.

Paul

cōneq; el.
creditor
autē, & l:
credito-
res & l:
creditorū
Addelē
alienatio
nis verubū:



12 DE VERBORVM ET
PAVLVS. libro X VI. brevis editio.

Lex LV.

Creditor autem is est, qui exceptione perpetua summoueris non potest. Qui autem temporalem exceptionem timet, similis est conditinali creditoris.

VLPIANVS libro VI. ad editum.

Lex X.

Creditores accipiendo esse constat eos, quibus debitur ex quacunque actione, vel per sequitione, vel iure ciuili (sine illa exceptionis perpetua remotioe) vel honorario, vel ordinario, vel extraordinario, siue pure, siue in diem, siue sub conditione. Quod si natura debeatur, non sunt loco creditorum. Sed & si non mutua pecunia sed contractus, creditores accipiuntur.

CAIUS libro I. ad edit. provinc.

Lex XI.

Creditorum appellatione non est tantum accipiuntur, qui pecuniam crediderint: sed omnes quibus ex aliqua causa debetur.

CELSVS libro XXVIII. Digestorum.

Lex XC VIII.

Cum bis sexto calendas est, nihil refert, utrum priore an posteriorie die, quis natus sit, & sic deinceps sexto calendas eius natalis dies est. Nam id biduum pro uno die habetur: sed posterior dies intercalatur, non prior. Ideo quo anno intercalatum non est, sexto calendas natum, cum hinc sexto calen-

R E R V M S I G N I F I C .

15

calendas est, priorem diem natalem habet. Cato putat mensem intercalarem additum esse: omnésque eius dies pro momento temporis obseruat: extremoque diei mensis Februario tribuit. Quintus Mutius, Mensis ait, intercalaris constat ex diebus XXIX.

ALPHEN. VARVS. lib. II. Digest.

Lex CCII.

Cum in testamento scriptum esset, ut heredes in funere, aut in monumento duntaxat aureos centum consumerent: non licet minus consumere, si amplius vellent; licet neque ob eam rem contra testamentum facere vidantur.

PAVLVS lib. X. ad Plautium. Lex LXXXI.

Cum prætor dicit, ut opus factum restituatur, etiam damnum datum actior con equi debet. Nam verbo restitutioonis omnis utilitas auctoris continetur.

IDE M libro VII. Imperialium sententiarum in cognitionibus prolatarum.

Lex CCXI.

Cum quærebatur an verbum, soluto matrimoni dotem reddi, non tantum diuersium, sed etiam mortem contineret: hoc est, an de hoc quoque casu contrahentes sentiant, & multi patabant non de hoc sensisse: & quibusdam alijs contra videbatur: secundum hoc i. citius Imperator pronunciatur, id actum eo pacto, ut nullo casu remaneret dos apud maritum.

C E L .



CELSVS libro XXXII. Digestorum.

Lex. XCVII.

CVM stipulamur quanta pecunia ex here-
ditate Lucy Titij ad te peruenit : res ipsas
qua peruenierunt, non pretia earum spectare vi-
demur.

MODESTINVS libro IIII. Pandectarum.

Lex. CVIII.

Debitor intelligitur is, à quo in iusto exige pe-
cunia potest.

PAULVS libro II. ad edict. adil.

Lex. LXXV.

DEdisse intelligendus est etiam is, qui permis-
tauit, vel compensauit.

TERENT. CLEMENS lib. V. ad l. Iul. Pap.

Lex. CLI.

DElata hereditas intelligitur, quām quis
possit adeundo consequi.

MODESTINVS libro VII. Regula.

Lex. CII.

DErogatur legi, aut abrogatur. derogatur
legi, cū pars detrahitur, abrogatur legi,
cum prorsus tollitur.

VLPIANVS libro VI. Lex. XL.

Detestatio est denuntiatio facta cum testi-
tione. Serui appellatio etiam ad ancillā re-
fertur. Familia appellatio liberi quoque con-
tinentur. Unicus seruus, familia appellatio non
continetur nec duo quidem familiam faciunt.

MO

M IT
Digestorum
I.
pecunia ex uo
vermentis et q
earum pfectio
II. Pendulan
I.
quo inimico exp
d edict. ad.
etiam n. quod
V. all. Id
igint, quia qui
VII. Regul
gator, longo
r, elongat
Les IL
festa cum ista
iam ad amicale
vers quoque coni
appellari non
liam faciunt.
M O

RERVM SIGNIFIC.

15

MODESTINVS libro I. de pre scripte.

Lex C VI.

D Imissoria literæ sunt, quæ vulgo dicuntur
apostoli. Dimissoria autem diæ sunt, quod
per eas causa ad eum, qui appellatus est, dimittitur.
CAIVS lib. V. Legis duodecim tabularum.

Lex CCXXXVIII.

D Vobis negatiuis verbis quasi permittit lex
magis quam prohibeat. Idque etiam Ser
nus animaduertit.

VL PIANVS libro I. ad Senatus cons.

Lex CLIX.

E Tiam aureos nummos as dicimus.

IDEM libro VII. Lex C XL.

E Tiam ea mulier, cum moreretur, creditur fi
lium habere, quæ exciso * ventre edere pos
sit. Necon etiam alio casu mulier potest habere
filium, quem mortis tempore non habuit, ut puta
eum qui ab hostibus captus remeauit.

CAIVS libro III. ad edictum.

Lex XXI.

E Um qui vestigal populi Romani conductum
habet publicanum appellamus. nam publici
appellatio in compluribus causis ad populum Ro
manum respicit. Cuiitates enim loco priuatorum
habentur.

PAT lib. I. Manualium. Lex CCXXVII.

E X illa pars edicti, Eum quem ei heredem
esse oportet, heredis hereditibus bonorum pos
sebitur.

sesio non defertur. Item in substitutione his verbis, Quis quis heres mihi erit, proximus heres tantum significatur. imo non tantum proximus heres sed etiam scriptus.

V LPIAN. lib. XXIIII. Lex CLXXXIX.

* Alias de
est nega
tio.

FAcere non oportere & hanc significatio-
nē habet ut abstineat quis ab eo facto, quod
contra conuentionem fieret. & curare ne fiat.

POMPON. lib. XXIIII. Lex CLXXXV.

Faciendi verbo, reddendi causa etiam con-
tinetur.

CAIUS lib. XVI. ad edictum prouive.
Lex CXCVI.

Annectel.
pronun-
tatio.

Familia appellatione, & ipse princeps fa-
milia continetur. Fœminarum liberos in fa-
milia earum non esse, palam est quia qui nascon-
tur, patris, non matris familiam sequuntur.

CAIUS. lib. III. Lex CCXXXV.

Ferri propriè dicimus, que quis suo corpore
batulat, portarie ea que quis iumento secum
ducit, agreaque animantia sunt. Fabros tigna-
rios dicimus non eos duntaxat, qui tigna dolant,
sed omnes, qui edificant.

PAVLVS. lib. III. ad Vitellium.

Filiij appellatione omnes liberos intelligimus.

IULIANVS. Lex LXXVI.

Frugem pro redditu appellari, non solum pra-
frumentis, aut leguminibus, verum etiam pra-
ce

R E R V M S I G N I F I C

17

eo quod ex vino, vel ex sylvis ceduis, crete fodi-
nis, lapicidinis capitur. Julianus scribit, fruges
omnes esse quibus homo vescatur, falsum esse.
non enim carnes, aut aves ferarum, aut pomorum
ges dici. Friumentum autem id esse, quod arista
infestentur, recte Gallum definisse. Lupinum ve-
ro, & fabas, fruges potius dici: quia non arista,
sed siliqua continentur: que Seruus apud Al-
phenum instrumento contineri putat.

TRIPHONIVS lib. I disputat.

Lex cccxxv.

Fugitius est, non is, qui solum fugienda domino confitum suscepit, licet id se facturum iactauerit, sed qui in ipsum factum fugere vitium mentis deduxerit. Nam & forem, & adulterium, & aleatorem, quanquam alia significatio ne, ex animi propositione cuiusque sola dicere quis possit, etiam eum, qui nunquam alienam rem iuncto domino substraxerit: qui nunquam alienam matrem familiæ corruperit, si modo eius mentis sit, ut occasione data id commissurum sit: tamen oportere hec eadem crimina assumpto actu intelligi: & ideo fugituum quoque, & errorum, non secundum propositionum solam, sed cum aliquo facto intelligi constat.

FLORINTINVS lib. v II. Instit.

Lex CCXI

*Vnde appellatione omne edificium, & omnis
ager continetur. Sed in ruris urbana edificia*

四

13 DE VERBORVM ET

edes: rustica, villa dicuntur. Locus verosime adi-
ficio, in urbe, area: in rure autem, ager appellatur:
idemque ager cum adiicio, fundus dicitur.

VULPIANVS lib. v. ad legem Iuliam.

Lex CXXXVII.

Generi appellatione & neptia, & prouectio
Gram ex filio, quam ex filia editarum, cate-
rariumque maritos contineri, manifestum est.

IDE M lib. XXXIII. ad edictum

Lex CLXXXIV.

Habere duobus modis dicitur: altero iure
domini altero obtinere sine interpellatione
id, quod quis emerit. Cautum intelligitur, sue
personis sine rebus cautum sit.

PAVLVVS lib. XXXVIII. ad edictum.

Lex CXCII.

Hec adiicio plurisve, non infinita pe-
cuniam continet, sed modicam denuoxat:
reczatio haec, Solidorum decem plurisve, ad mis-
suram summam referatur.

CAIUS lib. de verb. obligat.

Lex CCCCXI.

Hec enunciatio, que sunt pluris aureorum
triginta: simul & quartaria, & astima-
tions significativa est.

VULPIANVS libro II. Digestor.

Lex CC.

*noixs- Hec stipulatio * noixs solutum prestari:
*noxas. H non existimatur ad eas t noxias pertinere:
que

que publicam executionem, & coercionem capitalem habent.

V L P I A N V S lib. L X X I I I . ad edictum.

Lex L X : X .

H ec verba , cui rei dolus malus absuerit: generaliter comprehendunt omnem dolum. quicunque in hac rem admisus est, de qua stipulatio est interposita.

F R O C V L V S lib. V . Epistolarum.

Lex C X X I I I I .

H ec verba ille autille: non solum disjunctiva , sed etiam subdisjunctiva orationis sunt. Disjunctivum est, veluti cum dicimus: aut dies aut nox est, quorum posito altero , necesse est tolli alterum: item sublato altero, poni alterum. Ita simili figuraione verbum , aut potest esse subdisjunctivum. Subdisjunctivorum autem genera sunt duo: rnum, cum ex propositis finibus ita non potest utrumque esse , ut possit neutrum esse: veluti: cum dicimus, aut sedet, aut ambulat. Nam ut nemo potest utrumque simul facere: ita aliquis potest neutrum velut is, qui accumbit. Alterius generis est, cum ex propositis finibus ita non potest neutrum esse , ut possit esse utrumque, veluti cum dicimus: omne animal aut faciat aut patiatur. nullum enim animal est, quod nec faciat, nec patiatur: at potest simul & pati. Ofacere.

B 2

PAVLVS. libro XXX.

Lex LXXXIII.

Hec verba in stipulatione posita eam rem
rectè restitui: fructus continent rectè enim
verbum, pro viri boni arbitrio est.

IDEM. libro I. ad edictum.

Lex CXCIII.

Hec verba, quanti eam rem appetere esse:
non ad id, quod interest, sed ad rei estimati-
onem referuntur.

VLPIANVS. lib. LXII. ad edictum.

Lex LXV.

Heredis appellatio, non solum ad proximi-
num heredem, sed etiam ad ulteriores re-
feruntur. Nam & heredis heres, & deinceps, he-
redis appellatione continetur.

IDEM lib. XXX. ad Senatuscon.

Lex CLXX.

Heredis appellations omnes significari
successores credendum est, et si verbis non
sint expressi.

POMPONIVS. lib. III. Lex CXXIX.

Hereditatis appellatio sine dubio continet
etiam damnosam hereditatem, iuris enim
nomen est sicut bonorum possessio.

PAVLVS. lib. IIII. ad legem Iuliam.

Lex CXXXVIII.

Hereditatis appellatione, bonorum quoque
possessio continetur.

POM

PONPONIVS. lib. VIII. ad Q. Mutilum

Lex CXXII.

Herennius * ait sista scriptum sit, filio f- * Alias
lisque meis hocce tutores do. masculis dun- Seruius.
saxat tutores datos: quoniam à singulari casu,
hoc est: filio ad pluralem videtur transisse conti-
nentem eundem sexum, quem singularis prior
positus habuisset. Sed hoc facti, non iuris habet
questionem. Potest enim fieri, ut in singulari ca-
si de filio senserit: deinde plenius omnibus libe-
ri pro specifici in tute redando voluerit, quod ma-
gister rationabile esse videtur.

CAIUS. lib. X. ad leg. Iul. Pap.

Lex CLII.

Hominis appellatione tam feminam, quam
masculum contineri, non dubitatur.

PONPONIVS lib II ad Q. Mutilum.

Lex CXVIII.

Hostes i sunt, qui nobis , aut quibus nos pio-
blice bellum decreuimus: ceteri latrones,
aut predones sunt.

VLPIANVS. Libro IX.

Lex CXLIII.

Id apud se quis habere videtur. de quo habet
actionem: habetur enim quod peti potest.

IDE M. lib. LXVI. ad edictum.

Lex LXXXI.

Illa verba, arbitratu Lucij Titij fieri ius si-
gnificant, & in seruum non cadunt.

B 3

PAVLVS libro II. ad edictum.

Lex CLXI.

Illa verba, optimus maximisque est: vel in eum cadere possint, qui solus est. Sic & circa edictum Praetoris supreme tabula habentur etiā sole. Pueri appellatione etiā puerilla significatur. Nam & sieminas puerperas appellant recentes ex partu: & Gracis communiter * è nōti & * wās appellant.

* Id est,
hic & hec
puer.

* nādus

IDEM libro III. ad Plautium.

Lex LXXXIX

Im pensa necessarie sunt, que si facte non sint, res aut peritura, aut deterior futura sit. Viles impensas esse, Fulcinius ait, que meliorum dotem faciant, deteriorem esse non sinant: ex quibus redditus mulieri adquiratur, sicut arbusi pastinaciones ultra quam necessaria fuerat: item doctrinam puerorum quorū nomine onerari mulierem ignorant: in vel iniuria non oportet, ne cogatur fundo; aut mancipiū carere. In his impensis & pristinis, & horreum insula dotali adiecta plerisque dicimus. Voluptatis sunt, que speciem dunt taxatornam. non etiam fructum angēt: ut sine viridaria aquae salientes, incrustationes, loricationes, picturae.

PAPINIANI S lib. II. Responsa.

Lex CCXIX.

Non conventionibus contrahētū voluntatem potius, quam verba spectari placuit. Cum igitur ea lege fundum rectigale municipes locaverint

rint, ut ad heredem eius, qui suscepit, pertine-
re ius heredum ad legatarium quoque transfe-
ri potuit.

PAVLVS lib. X. ad Plaut. Lex LXXX.

In generali petitione legatorum, etiam date
libertates continentur, ex mente legis duode-
cum tabularum.

VLPIANVS lib. II ad edictum.

Lex. II.

In itinere faciendo viginti millia passuum in
dies singulos peragenda, sic sunt accipienda, ut
si post habeas numerationem minus quam viginti
millia super sint, integrum die occupent: velu-
ti si XXI. millia passuum sunt, biduum eis attri-
buetur: qua numeratio ita demum * colligenda
erit, si de dienon consensat. Eius que apud ho-
stes decepit, dici hereditas non potest, quia seruus
decepit.

* facienda

ALPHENVS VARVS. lib. VII.

Digest. Lex CCIII.

In lego censorio, Portus Siciliae ita scriptum
erat, Seruos, quos domum quis duceret suo r̄su,
pro his portorum ne dato. Querebatur, si quis à
Sicilia seruos Romanam mitteret fundi instruendi
casar: r̄rum pro his * hominibus portorum dare
liberet, nēcne? Respondet duas esse in hac scriptu-
ra quaestiones. Prima, quid esset domum ducere:
alteram, quid esset, r̄su suo ducere. Igitur queri-
solet, r̄rum r̄bi quisque habitaret, sive in prouin-

* omnib⁹

B 4

cia, sive in Italia: an duntaxat, in sua cuiusque patria domus esse recte diceretur. Sed de ea re recte constitutum esse, eam domum rnicuique ibi debere, existimari, ubi quisque sedes & tabulas habet, suarumque rerum constitutio fecerit. Quid autem esset, vsu suo, magna habere dubitationem. Et magis placere quod victimus sui causa parauisset, tamen contineri. Itemque de servis eaderatione queri, qui eorum usus sui causa parati essent, utrum dispensatores, insularii, villici, arrenses, sectores: an operari quoque rustici, qui agrorum calendorum causa habentur, ex quibus patres familiæ fructus caperet, quibus se toleraret: omnes denique seruos quos quisque emisset ut ipse haberet, atque eis ad aliquam rem reveretur, nequando emisisset, ut renderet. Et sibi videri, eos demum usus sui causa patres familias habere, qui ad eius corpus tuendum, atque ipsius culum prepositi destinataque essent: quo in genere rectores, cubicularii, coeci, administratores, atque alij, qui ad eiusmodi usum parati essent, numerarentur.

*adores.

*id est, situationum.

QVINTVS MVTIVS lib. singulari⁺ iug. Lex CCXL.

IN ruris & cefis ea sunt, que terra non tenentur, queq[ue] opere structis territoriis non continentur. CELSVS lib. XXXV. Digestorum.

Lex CLVIII.

IN uscio iuris frequenter vni nos, Casselius ait, singulari appellatione, cum plura generis eiusdem signif.

significare volumus nam & multum hominem
renisse Romanam, & piscom xilem esse dicimus.
Item in stipulando satis habemus de herede ca-
vere: Si ea res secundum me, heredem meum
indscata erit & rursus: Quod ob eam rem te he-
redem meum, nempe & quae & si plures heredes
sunt continentur stipulatione.

POMPONIUS lib II. ad s. c.

Lex CLXXXI.

IN vulgaris substitutione, qua ei qui supremus
morietur, heres substituitur: recte substitutus,
etiam unico intelligitur, exemplo legis duodecim
tabularum, ex quibus proximus agnatus, etiam
solus habetur. Si quis ita in testamento scrip-
rit, Si quid filio meo acciderit, Dama seruus
meus liber esto: mortuo filio, Dama liber erit. liceat
enim accidant aliqua & viuis, attamen vulgaris
sermone etiam mors significatur.

PAVLVS lib. XXVIII. Lex CLXXXIV.

INde tabernacula, & contubernales dicti
sunt.

Addel. ta
bernz. &
l. instru-
ctam.

VLPIANVS lib I. ad edictum.

Lex CXCVII.

Indicasse reum, est detulisse, arguisse, accusasse,
& conicisse.

VLPIANVS Lex XLV.

Instrato omne vestimentum contineri, quod
iniciatur. Labeo ait: Neque enim dubium est,
quoniam strigula vestis sit, quod Graci pugnauit

B 5

reocant. In viclu ergo vestre accipiamus, non stragulam: stratum, omnem stragulam vestem.

VLPIANVS libro XXVIII. ad edictum.

Lex CLXXXV.

INstructam autem tabernam sic accipimus, que & rebus & hominibus ad negotiationem paratis constat.

TERENTIVS CLEMENS lib. XII. ad legem Iuliam Papiam. Lex CLII.

Intelligendus est moris tempore fuisse, quin irtero relietus est.

PAVLVS libro XXXV.

Lex CXCI.

Interdiuorium & repudium hoc interest, quod repudiari etiā futurum matrimonium potest; non recte autem sponsa diuertisse dicitur, quod diuorium ex eo dictum est, quod indueras partes eunt qui discedunt.

PAVLVS lib. XLIVI. ad edictum.

Lex CXCIII.

Inter donum & munus hoc interest, quod inter genus & speciem. Nam genus esse donum Labeo ait, à donando dictum: munus speciem. nam munus esse donum cum causa: ut pura natalicium nuptiarum.

VLPIANVS libro II. ad edictum.

Lex CLXXIX.

Inter haec verba, quanto earerit, vel, quantum rem esse appareat, nūnq[ue] interest in utraque

que enim clausula placet veram rei estimacionem fieri.

IABOL S NVS lib. I. ex posterioribus

Labeonis. Lex CCXVII.

Inter illam conditionem, cum fari potuerit, & postquam fari potuerit, multum interest, nam posteriore scripturam rveriorum esse constat: cum fari potuerit, archetorem: & id tantummodo tempus significari, quo primum fari possit. Item ita ista conditione nullus facito in diebus, si nihil preterea fuisse adieclum, in biduo conditionem impleri oportet.

VLPIANVS lib. II. ad edictum.

Lex XVII.

Inter publica habemus non sacra, nec religiosa, nec qua publicis resibus sunt destinata: sed si qua sunt ciuitatum velut bona: sed & peculia seruorum ciuitatum proculdubio publica habentur. Publica religia intelligere debemus, ex quibus religiat fiscus capit: quale est religial porus, vel renalium rerum: item salinarum, & metallorum, & pycnariorum.

MODESTINVS lib. VIII differens.

Lex CI.

Inter stuprum, & adulterium hoc interesse quodam patunt, quod adulterium in nuptiam stuprum viduam & in virginem committitur. Sed lex Italia de adulterijs hoc verbo indifferenter vicitur. Duortum inter virum & uxorem fieri dici-

sur: repudium vero sponsaremitti videtur: quod &
in uxoris personam non absurdè cadit. Verum est,
morbū esse temporalem corporis imbecillitatem:
vitū vero perpetuū corporis impedimentū.
*Veluti si talum excusit. ita quasi commune nomen utrumque sexū continet.
Ius cus.

PAVLVS. lib. IIII. ad Plant.

Lex LXXXIII.

Infernum proprietatem quoque verbum posse
sessionis significat: sicut in eo qui possessiones
sue legasset, responsum est.

PAVLVS. lib. LXVI. ad editum.

Lex LXIII.

In testamento non tantum qui testamentum
non fecit sed etiam is, cum ex testamento he-
reditatis addita non est.

MARTIANVS lib. VII. Institutionum.

Lex CXX.

Is qui natus est ex mancipijs urbanis, & mis-
sus est in villam nutriendus: in urbanis seruis
constituetur.

VLPIANVS lib. XXXI. Digestorum.

Lex CCI.

Iusta interpretatione recipiendum est, ut ap-
pellatione filij sicut filiam familiās conteneri
sepe respondimus, ita & nepos videatur com-
prehendi: & patris nomine, iauis quoque demon-
strari intelligatur.

PAY

RERVM SIGNIFIC.

三〇

PAVLVS. *libro VII.*

Lex XLIII.

Labeo & Sabinus existimant, si vestimentum scissum reddatur, vel res corrupta redditas sit, velut scyphi collisi, aut tabulara sapientia: videtur rem abesse, quoniam earum rerum pretium non in substantia: sed in arte sit positum. Item si dominus rem, qua sibi furto aberat, ignorans emerit, recte dictur res abesse, etiam si postea id ita esse cierit: quia videatur res ei abesse, eius pretium abest. Rem amississe videatur, qui aduersus nullum, eius rei persequenda actionem habet.

VLPIANVS lib. XX. Lex XIX.

Labeo libro primo *Pratoris urbani des-
init, quod quedam agantur, quedam geran-
tur, quedam contrahantur, & aetum quidem
generale verbum esse, siue verbis quid agatur, ut
in stipulatione: siue re, ut in numeratione pecu-
niae. Contractum autem plero citroque obliga-
tionem esse, quem Graci ^{τελεσθαι} vocant,
veluti emptionem, renditionem, locationem, con-
ductionem, societatem. Gestum autem rem signi-
ficare siue verbis factam.*

* Id est,
mutuum fa-
ctum obli-
gatoriū.

P A V L V S. lib. **XXX** sententiarum.

Lex cc xxxii.

Lata culpa finis est, non intelligere id, quod
omnes intelligunt. Amicos appellare omnes
debemus: non leuis notitia coniunctos: sed quibus
faerint

ficerint iura, cum patrīfamilias honestis familiāritatis quasita rationibus.

VULPIA lib. II ad legem Iuliam Papam.

Lex CXXX.

Lege obuenire hereditatem, non imprepiē quis dixerit, etiam eam quae ex testamento defertur: quia lege duodecimi tabularum testamentiē hereditates confirmantur.

PAVLVS lib. VI ad adūctum.

Lex XLVII.

Liberationis verbum, eandem rim habet, quam solutionis.

CALLISTRAT. libro II. Questionum.

Lex CCXX.

Liberorum appellatione, nepotes & pronepotes, ceteri qui ex his descendunt, continentur. hos enim omnes liberorum appellatione lex duodecim tabularum comprehendit. Toties enim leges nec siliarum ducunt, cognitionum singula rum nominibus rati reluti filii nepoti, pronepoti, ceterorumque, qui ex his descendunt: quoties non omnibus qui post eos sunt, præstium voluerint, sed soli ipsi succurrent, quos nominatim enumerant. At ubi non personis certis, non quibusdam gradibus præstatur, sed omnibus qui ex eodem genere oris sunt, liberorum appellatione comprehenduntur. Sed & Papyrus Fronto lib. II. responsorum ait, Prædio cum villico, & contubernali eius, & filiis legato, nepotes quoque ex filiis con-

ceteri: nisi voluntas testatoris alter se habeat.
 filii enim appellatioē sēpē & nepotes accipi, mul-
 tifariam placere. Diuersus quoque Marcus rescri-
 pīt, non videri sine liberis defunctū, qui nepo-
 tem suum heredem reliquit. Prater hac omnia,
 natura nos quoque docet, parentes pios, qui libe-
 rotum procreandorum animo & roto uxores du-
 cunt, filiorum appellatione omnes, qui ex nobis
 descendunt continere. Neque enim dulciori no-
 mine possimus nepotes nōstrōs, quām filii appel-
 late. Etenim idcirco filios filias & concipimus, at-
 que adīmus, ut ex prole eorum earūm re, diutur-
 vitatis nobis memoriam in eūm relinquamus.

V L P I A N U S libro XXXVIII.

Lex CLXXXII.

Liberti appellatione etiam libertam conti-
 neri placuit.

M O D E S T I N U S lib. VIII. Regularum.

Lex CIII.

Licit capitalis, Latinē loquentibus, omnis
 causa existimationis videatur: pāne tamen
 appellatio capitalis, mortis, vel amissionis cuncta-
 tis, intelligenda est.

C A I U S lib. XXXII. ad edictū provinciale.

Lex LVIII.

Licit inter gesta & facta, videatur quedam
 esse subtilis differentia attamen⁹ ^{ad xpg⁹} Id est
 si vos inter gestum & factum, nihil interest, abusu ē:
 Paternos libertos, recte videmur dicere nostros
 liber

libertos : liberorum vero nostrorum libertos , noⁿ
recte nostros libertos dicimus .

VLPIANVS. libro XXII.

Lex XXXVI.

Litis nomen, omnem actionem significat : sine
re in rem, siue in personam sit .

C E L S V S lib. XXV Digestorum .

Lex XCVI.

Litus est quoque maximus fluctus a mari
peruenit : idque Marcum Tullium aiunt,
cum arbiter esset, primum constituisse. Predia
dicitur aliquorum esse, non utique communiter
habentium ea, sed vel alio aliud habente .

I A B O L I N V S lib. XI. ex Caſio .

Lex CXII.

Litus publicum est eatenus, quatenus ma-
xime fluctus exactuat, & effluit. Idem in-
is est in lacu, nisi in totus pruatus est .

VLPIANVS lib. LXVIII. ad edictum .

Lex LX.

Locus est non fundus, sed portio aliqua fun-
dis. Fundus autem integrum aliquid est : &
plerunque locum sine villa accipimus. Ceterum
ad eō opinio nostra & constitutio locum a fundo
separat, vt & modicus locus possit fundus dici,
si fundi animo cum habuerimus. Non enim ma-
gno tuto locum a fundo separat, sed nostra asse-
cio. Et quilibet portio fundi poterit fundus dici,
si iam hoc constituerimus. Necnen & fundus,
locus,



locus constitui non potest Nam si eum alij adiun-
xerimus fundo, locus fundi efficietur. Loci appella-
tionem non solum ad rustica, verum ad urba-
na quoque prædia per unere, Labeo scribit sed
fundus quidem suos habet fines: locus vero latere
potest, quatenus determinetur & definitur.

P A V L Y S libro I. Manualium.

Lex. C C X X V I

M Agna negligentia, culpa est: magna culpa,
dolus est.

L I C I N I U S lib. x. Regularum.

Lex. C L V I:

M siore parte anni possedisse quis intelligi-
tur, etiam si duobus mensibus possederit: si
modo aduersarius eius aut posterioribus diebus, aut
nullis possederit.

I A B O L E N V S lib. I L ex post. Labeo.

Lex. C C X L I I .

M alum, nauis esse partem: artemonem au-
tem non esse Labeo ait, & verius est: quia
pleraque naues sine malo iniustiles essent: ideoque
pars nauis habetur: artemon autem magis addi-
tamentum; quam pars nauis est. Inter proscelum
& immissum, hoc interesse Labeo ait, quod pro-
scelum esset id, quod ita proueheretur, ut nusquam
requiesceret: qualia Meniana & Suggrundia
essent immissum autem, quod ita fieret ut aliquo
loco requiesceret: veluti tigna, trabes, q; que im-
miserentur. Plumbum autem quod prosequitur.

C

poneretur, adificij esse, ait Labeo: sed id quod
 * in aliis tegendi causa poneretur, contra esse.
 * I. spatij quod sub Viduam non solum eam, que aliquando nupta
 fuisse: sed eam quoque mulierem, que virum non
 habuisset, appellari, ait Labeo: quia vidua sic di-
 eta est, quasi vecors, resanus qui sine corde aut
 sine sanitate esset. similiter viduam esse dictam,
 quasi sine dureitate. Structuram loci alicuius ex
 tabulis factam, que & estate tollerentur, & hyeme
 reponerentur, sedum esse ait Labeo: quoniam
 perpetuo usui parata esset, neque ad rem perti-
 nere, quod interim tollerentur.

VLPIANVS libro v. ad editum.

Lex. IX.

* rupisse **M** Arcellus apud Iulianum tractans notata
 alias pe- verbo, * rupisse, & scissum, & fractum
 riile. contineri, & viraptum.

PAVLVS lib. x. ad legem Iuliam Papiam.

Lex. CLIV.

M Asurius scribit libro Memorabilium, pel-
 licem apud antiquos eam habitam, que
 cum vxor non esset, cum aliquo tamquam vivebat;
 eamque nunc vero nomine amicam, paulo ho-
 * Granus. nestiore, concubinam appellari. * Caius Flaccus
 Id est, in libro de iure Papyriano scribit, pellicem nunc
 pellicem, alias vulgo vocari, que cum eo, cum vxor sit, corpus
 traxiger, misceat. quosdam eam, que vxoris loco sine
 il est, ami- mptis in domo sit: quam Graci & wallanis
 cam. vocant.

PAY

VM 17
RERVM SIGNIFIC.

PAVLVS libro I. fides com.

Lex XCII.

M Eorum & tuorum appellatione, actiones
quoque contineri dicendum est.

V LPIANVS lib. LXVI. ad edictum.

Lex LXVI.

M Ercis appellatio, ad res mobiles tantum
pertinet.

AFRICANVS libro I. Questio.

Lex CCVII.

M Ercis appellatione, homines non contineri,
Mela ait: & ob eam rem mangones, non
mercatores, sed venalitiarios appellari ait, &
refit.

MARTIANVS libro I.

Lex CLIII.

M Ille passus non à muro urbis, sed à conti-
nentibus edificijs numerandi sunt.

PAVLVS libro XXXIII.

Lex XXXII.

M Inusolutū intelligitur, etiam si nihil esset
solutum.

IDEM libro XII. Responſ.

Lex CV.

M Odeſtinus reſpondit: his verbis, liberis li-
bertabimurque meis, libertum liberta testa-
toris non contineri.

TABOLENVS libro X I I I I ex Casio.

Lex C X I I I .

*quicun-
que,
*tamen.

MOrbus sonticus est, * qui cuique rei nocet.
CELSVS libro XX I I I I Digestorum.

Lex C X I I I .

Mouentium, item mobilium appellatione,
idem significamus: si, * non appareat de-
functum animalia duntaxat, qua se ipsa moue-
rent, mouentia vocasse: quod verum est.

CAESARIS libro VII ad edit. Lex C X I I I .

Milieris appellatione, etiam virgo viripo-
mens continetur. Res abesse videntur (ut
Sabinus ait, & Pedius probat) etiam ea, quarum
corpus manet, sed forma mutata est, & id est
corrupte redditae sint, vel transfigurate, videri
abesse: quoniam plerunque plus est in manus pre-
atio quam in re. Definere autem abesse res tunc
reditur, cum sic redit in potestatem, ne amittere
eius possessionem possimus ob hoc, quo furto pri-
dem subiracta est. Abest & ea res, que in rebus
humanis non est.

PAVLVS libro singul. cogn.

Lex C C X X V I I I .

Municipes intelligendi sunt & i, qui in eo-
dem municipio nati sunt.
MARTIANVS lib. I. Publis iudi.

Lex C C I I I .

Minus propriè est, quod necessariò subimis-
tione, more, imperiore eius, qui iubendi ha-
bet.

VERVM

oppositum: Dona &
valores statu: iure, off-
erentur, non praestarentur:
placuerint, plenarie
ad suum accipiantur: a
cum nulli dicatur
PAVLVS libro I
familiis modis
malle moneta dici
quod com remittitur
præstas inde in
propositum, unde munere
et manifestis ve-
luti in manuaria c
PAVLVS lib. ad
legem sine liberis
et hoc uterque e

Lex C X

oppositum: iustitia
modis, id est, Nato
admodum, ut
PAVLIANVS lib.
Lex C I

PAVLIANVS lib.

Lex CLX
accusationis,
admodum, ut
PAVLIANVS lib.

Lex CLX

bet potestatem: Dona autem propriè sunt quæ nulla necessitate iure officio sed sponte præstantur, quæ si non præstantur, nulla reprehensio est: & si præstantur plerunque laus inest. Sed insuma in hoc vētum est, ut non quod curque munus, idem donum accipiatur: at quod donum fuerit, id munus rectē dicatur.

P A V L V S libro IX. Lex XVIII.

M Vnus tribus modis dicitur: uno, donum; & inde munera dici dari mittire. Atero onus, quod cum remittitur, vacationem militie munieris præstat inde immunitatem appellari. Tertio, officiū, unde munera militaria: & quosdam milites * manfices vocari. Igitur municipes munificiū, quod munera civilia capiant. COS.

C A I V S lib. X. ad leg. Iul. Pap.

Lex CXLIX.

N Am quem sine liberis esse dicere non possum. Conuenit l. non est habere.

M O D E S T I N V S lib. II. excusationum.

Lex C I. I.

H Tōπ τινων προηγούσα νοσὶ ἵπτεται οὐδένες. Id est, Natorum appellatio: & ad nepotes extenditur.

V L P I A N V S libro XLII.

Lex CLXXVII.

N Atura cauillationis, quam Graci * cōpōrū deſt cō-
dux appellaverunt, hac est, ut ab eisdēce mentū ca-
uillatoriū

38 DE VERBORVM ET

xeris, per breuissimas mutationes, disputatio ad ea, quæ evidenter falsa sunt, perducatur

PROCVLVS libro . Epistolarum.

Lex CXXV.

Ne pos Proculo suo salutem. Ab eo, quita dotem promisit, cum commodum erit, dotis filie meæ tibi erunt aurei centum: putatis primitus nuptijs factis dotē petri posse? Quid sita promisisset: cism potuero, doti erunt tibi centū? Quod si aliquam r̄im habeat posterior obligatio posset, verbum, quomodo interpretaris? vtrum ere alieno deducto, an extante? Proculus. Cum dotem quis ita promisit, Cum potuero, doti tibi crūt centum: existimo ad id quod actum est, interpretationem esse redigendam. Nam qui ambiguè loquitur, id loquitur, quod ex ijs quæ significantur, sensit. Proprius est tamen ut eum hoc sensisse existimem, quod deducto ere alieno potero. Potest illa accipi significatio, cum salua dignitate mea potero, quæ interpretatio magis accipienda est, sita promissum est cum commodum erit, hoc est, cùm sine incommodo meo petero.

MARCELLVS libro 1. Digestorum.

Lex LXXXV.

Neratius Friscus tres facere existimat collegium, & hoc magis sequendum est.

CAIVS lib. VII. ad edictum prouinciale.

Lex XXXIII.

Nihil aliud est hæreditas, quam successio in

rnuer

vniuersum ius, quod defunctus habuit.

V L P I A N V S libro X V . ad Senatuscon.

L e x C C L X I I I I

N omen filiarum & in posthumam cadere questionis non est: quamvis posthumae non bene cadere in eam, quemam in rebus humanis est, certum sit. Portionis nomen non semper dimidiam significat sed prout adiecit est. otestenim ibere aliquis & maximam partem partiri: potest & ricesimam, & tertiam & prout libauerit. sed si non fuerit portio adiecta, dimidia pars debetur. Habere sicut peruenire, cum affectu accipiendo est.

V L P I A N V S lib. IIII. ad edictum.

L e x VI.

N ominis & rei appellatio ad omnem contractum & obligationem pertinet. Verbum ex legibus sic accipiendum est, tam ex legum sententia, quam ex verbis.

P A V L V S libro V I I . ad senatusconsul.

L e x C L X I I .

N on est pupillus, qui in utero est.

C A I V S lib. V I I I . ad leg. Iul. Pap.

L e x C X L V I I I .

N on est sine liberis, cui vel unus filius, vnde filia est. hac enim enunciatio, habet liberos, non habet liberos: semper pro pluratino numero profertur, sicut & pugillares, & codicilli.

MODESTINVS lib. VIII. Epistol.

Lex C XVII.

Non potest rideri minus soluisse is, aduersus quem amplioris summa actio non competit.
PAVLVS libro V. ad Senatum.

Lex C L X I X .

Addē leg.
namque.

Non tantum in traditionibus, sed etiam in
empionibus, stipulationibus, & testamen-
tis adiectione hec, ut optimus maximus que est, hoc
significat, ut liberum prestatur predium: non ut
etiam seruitutes ei debeantur

VLPIANVS libro I. de offic. procons.

Lex XCIX.

Notionem accipere debemus, & cognitionem,
& iurisdictionem. Continentes provincias
accipere debemus eas, que Italia coniuncta sunt:
ut puta Galliam, sed & provinciam Siciliam
magis inter continentem accipere nos oportet, que
modico freto ab Italia dividitur. Instrumento-
rum appellatione que comprehendantur per quam
difficile erit separare. Quae enim propriè sim in-
strumenta, propter qua dilatio danda sit, inde-
dignoscemus. si in praesentiam persone, que in-
struere possit, dilatio petatur: puta eius qui acum
gesbit, licet in seruiture, vel qui actor fuit con-
stitutus, putem rideri instrumentorum causa peti-
dilationem.

CAIVS

C A I V S libro L X I . ad editum.

L e x . L .

N Vrus appellatio etiam ad pronurum, & vltimam porrigenda est.

V L P I A N V S libro XX V .

L e x . XXXVIII .

O Stentum Labeo definit, esse omne contra naturam cuiusq; rei genitum factumq;. Duo genera sunt ostentorum: unum, quoties quid contra naturam nascitur, tribus manibus forte, aut pedibus, aut qua alia parte corporis, que naturae contraria est. Alterum cum quid prodigium videtur, quomodo Graeci ^{*Id est,} ^qācūja vocant.

V L P I A N V S libro XX V . ad editum.

prodigia.

L e x . XXXIX .

P Alam, est coram pluribus.

P A V L V S lib. I I I . ad Senat.

L e x . CLXVIII .

P Ali & perticæ, in numerum materie redigendi sunt, & ideo lignorum appellatione non continentur.

Aelius Gallus de verborum, quæ ad ius pertinent, significatione.

L e x . C . VII .

P Artes est, sive murus, sive maceria est. Item via est, sive semita, sive iter est.

V L P I A N V S libro VI . Lex XXXVI .

P Artum non est partem rei furtivæ, Scenula libro XI . Questionum scribit.

C S

VLPIANVS libro XXVII. ad edictum.

Lex CLXXXII.

Aj̄as, ista
ex incipit
iber.

Paterfamilias peculum habere non potest,
quemadmodum nec seruus bona.

VLPIANVS libro LXIII.

Lex LII.

Patroni appellatione, & patrona contine-
tur.

PAVLVS libro X. Responso.

Lex CCXXI.

Paulus respondit falsum tutorem eum verē
dici, qui tutor non est: sine habenti tutorem
datus est, sine non: sicut falsum est testamentum,
quod testamentum non est: & modius iniquus,
qui modius non est.

PAVLVS libro II. ad edictum.

Lex III.

Annette
nic l. rei
appellat.

Pecuniae appellatione rem significari procu-
pluis ait.

HERMOGEN. lib. II. iur. Epitom.

Lex CCXXII.

Pecuniae nomine, non solum numerata pecu-
nia, sed omnes restam soli, quam mobiles:
& tam corpora, quam iura continentur.

VLPIANVS libro XLVIII ad Senatus.

Lex CLXXXVII.

Pecuniae verbum, non solum numeratam pe-
cuniām complectitur, verū etiam omnem
ommino pecuniām, hoc est, omnia corpora. Nam
corpo

corpora quoque pecunia & appellatione contineri nemo est, qui ignoret. Hereditas nomen iuris est quod & accessionem, & decessionem in se recipit. Hereditas autem vel maxime fructibus augetur. Actionis verbū & generale est, & speciale. Nam actio dicitur omnis sine in personam, sine in rem sit petitio. Sed plerūq; actiones personalis solemus dicere Petitionis autem verbo in rem actiones significari videntur. Persecutionis verbo, extraordinariae persecutioes puto contineri ut puta fideicommissorum & si que aliae sunt, que non habent iuris ordinary executionem. Hoc verbum, debuit, omnem omnino actionem comprehendere intelligitur, sine civilis, sine honoraria, sine fideicommissaria fuit persecutio.

V L P I A N V S . Lex LXVI.

P Enes te, amplius est, quam apud te. Nam apud te est, quod qualitercumque à te tenetur: penes te est, quod quodammodo à te possidetur.

P O M P O N I V S libro XVI.

Lex CLXXI.

P Eruenisse à te recte dicitur, quod per te ad alium pertinenterit: ut in hereditate à liberto per patronum filium familiās patri eius adoptio adquisita, responsum est.

C A I V S libro VI. ad leg. XII. Tabul.

Lex CXXXVII.

P Lebs, est ceteri cives sine senatoribus. Detestatum, est cum testatione denuntiatum.

Pignus



Pignus appellatum est à pugno: quia res que pignori dantur, manus traduntur. Vnde etiam videri potest verum esse, quod quidam putant, pignus propriæ rei mobilis constitui. * Noxa appellatione, omne delictum continetur.

CAIVS libro II. I.

Lex XXII.

Plus est in restitutione, quam in exhibitione. Nam exhibere, est presentiam corporis prebere: restituere, est etiam possessorem facere, frumentisque reddere: pleraque præterea restitutionis verbo continentur.

VLPIANVS libro LXVI.

Lex LIX.

Portus, appellatus est conclusus locus, quo importantur merces, & inde exportantur: eaque nihilominus statio est conclusa, atque munita. Inde angiportum dictum est.

MARCELLVS libro XX. Digestorum.

Lex XCV.

Potest reliquorum appellatio, & numeros significare.

PAVLVS libro singula. ad legem

Fusiam Caniniam.

Lex CCXV.

Potestatis verbo, plura significantur: in persona magistratum, imperium: in personali liberorum, patria potestas: in persona servi, dominium. Et cum agimus de noxa deditioне, cum eo,

eo, qui seruum non defendit: praesentis corporis copiam facultatemque significamus. In lege Attina in potestatem domini rem furtivam venisse videns, si eris vendicanda potestatem habueris, Sabinus, & Cassius, aut.

V L P I A N V S libro I. de adult.

Lex. CCXII.

*P*Reuariatores eos appellamus, qui causam aduersariis suis donant: & ex parte auctoris in partem rei concedunt: à varicando enim prevaricatores disti sunt:

I D E M libro VIII. ad edictum.

Lex. XXXI.

*P*ratum est in quo ad fructum perciendum falce duntaxat: opus est: ex eo dictum, quod paratum sit ad fructum capiendum.

P A V L V S libro XI.

Lex. XXI.

*P*rinceps bona concedendo, videtur etiā obligationes concedere.

V L P I A N V S libro L III I I I.

Lex. XLVI.

*P*ronuntiatum & statutum idem dici potest: promiscue enim & pronuntiasse, & statuisse sollemus dicere eos, qui ius habent cognoscendi. Matrem familias accipere debemus eam quae non in honeste vivit. Matrem enim familias a ceteris faminis mores discernunt atque separant. proinde nihil intererit, nupia sit, an vidua: ingenua sit

an libertina. nam neque nuptiae, neque natales
matremfamilias faciunt. sed boni mores.

PAVLVS libro XLVI. ad edictum.

Lex CXCV.

PRONUNCIATIO sermonis in sexu masculino ad
vtrunque sexum plerunque porrigitur. Fa-
milia appellatio qualiter accipiatur, videamus.
& quidem varie accepta est. Nam & in res, &
in personas diducitur. In res ut puta in lege duo-
decim Tabularum, his verbis, Agnatus proximi-
mus familiam habeo. Ad personas autem refer-
tur familia significatio, ita cum de patrono &
liberto loquitur lex familia: * Ex ea inquit, in eam
familiam. Et hic de singularibus personis legem
loqui constat. Familia appellatio refertur, & ad
corporis cuiusdam significationem, quod aut iure
proprio ipsorum, aut communivniuersa cogni-
tionis continetur. Iure enim proprio familiam di-
cimus, plures personas, que sunt sub unius pot-
estate, aut natura aut iure subiecta: ut puta pa-
tremfamilias, matremfamilias, filiumfamilias,
filiamfamilias, quiq; deinceps vicem eorum se-
quuntur: ut puta nepotes & neptes, & deinceps.
Pater autem familias appellatur, qui in domo
dominium habet: recteque hoc nomine appellatur,
quamvis filium non habeat, non enim solam per-
sonam eius, sed & ius demonstramus. Denique
& pupillum patremfamilias appellamus. Et cum
paterfamilias moritur, quotquot capita ei subie-
ctis

Et si fuerunt singulas familias incipiunt habere:
 singuli enim patrum familiarum nomen subeunt.
 Namque euenit in eo, qui emancipatus est. Nam
 & hic sui iuris effectus, propriam familiam ha-
 bet. Communi iure familia dicimus omnium agna-
 torum. Nam etsi patres familias mortuo, singuli
 singulas familias habent: tamen omnes, qui sub
 unius potestate fuerunt, recte eiusdem familie
 appellabuntur, qui ex eadem domo, & gente pro-
 diti sunt. Seruientium quoque solemus appellare
 familiam: ut in editio Prætoris ostendimus sub
 titulo defurtis, ubi pretor loquitur de familia pu-
 blicorum. sed ibi non omnes serui, sed corpus
 quoddam seruorum demonstratur eius rei causa
 paratum, hoc est, rectigalis causa. Alia autem
 parte editi omnes serui continentur, ut de homi-
 nibus coælis, & vibonorum raptorum. Itē redi-
 bitoria, scilicet si deterior res reddatur emptoris
 opera, aut familia eius. & interdicto unde vi fa-
 milia appellatio omnes seruos comprehendit: sed
 & filii continentur. Item appellatur familia plu-
 rimum personarum, que ab eiusdem ultimi genito-
 ris sanguine proficiuntur: sicuti dicimus fami-
 liam Iuliam, quasi à fonte quodam memorie.
 Mulier autem familie, & caput est & finis.

V L P I A N V S libro L I I I .

Lex X L I I .

P robrum & opprobrium, idem est. Probra
 quedam natura turpia sunt, quedam ciuili-
 ter,

ter, & quasi more ciuitatis; vt puta furtū adulterium, natura turpe est. Enim uero tutele damnari, hoc non natura probrum est, sed more ciuitatis. Nec enim natura probrum est, quod potest etiam in hominem idoneum incidere.

C E L S U S lib. XII. Digestorum.

Lex. LXXXVIII.

Propemodum tantum quisque pecuniae relinquit, quantum ex bonis eius refici potest. Sic dicimus, centum aureos eum habere, qui tantum in predijs certisq; similibus rebus habeat. Non idem est in fundo alieno legato: quanquam in fundo hereditaria pecunia comparari potest. Neque enim quisquam eum qui pecuniam numeram habet, habere dicet, quicquid ex ea parari potest.

I A B O L E N V S libro V. ex Plautio.

Lex. LXXXI.

Propriè bona dici non possunt, qua plus incommodi, quam commodi habent.

V L P I A N V S lib. XXII. ad edictum.

Lex. XC.

Provinciales eos accipere debemus, qui in provincia domicilium habent: non eos qui ex provincia oriundi sunt.

P A V L V S libro VI.

Lex. XCII.

Proximus est, quem nemo antecedit: supremus est, quem nemo sequitur.

L I C I N .

LICINIVS R V FINVS lib. vii. Regul.

Lex XLV.

P Roximi appellatione etiam ille continetur,
qui solus est.

PAVL VS libro II. Epitom.

Lex CC III.

P Veri appellatione tres significaciones habet:
unam, cum omnes seruos pueros appellamus;
alteram, cum puerum contrario nomine puerellæ di-
cimus; tertiam, cum etatè puerilè demonstramus.

POMPONIUS lib. singul. de tacitis
fideicom. Lex CXXXIX.

P Villus est, qui cum impubes est, desit in pa-
tris potestate esse, aut morte, aut emancipa-
tione. Seruorū appellatione ex eo fluxit, quod im-
peratores nostri vendere captiuos, ac per hoc ser-
uare, nec occidere solent. Incola est, qui in aliquam
regionem domicilium suū contulit, quem Gre-
ci οἰκιστής appellant. Nec tantum qui in oppido
morantur incola sunt: sed etiam qui in aliusius
oppidi finibus ita agrum habent, ut intra eum se
quasi in aliquam sedem recipiant. Munus pu-
blicum est officium prouati hominis, ex quo com-
modum ad singulos riuerosque cives, remq; eo-
rum imperio magistratus extraordinario perue- * id est, cū
nit. Aduena est, quem Greici οἰκιστής appellant qui noua
Decuriones quidam dictos auunt ex eo, quod ini- fedes ī de
tio cum colonia deduceretur, decima pars eorum, du éda co
qui deducerentur consilij publici gratia conserbi lonia que-
rit.

D

solita sit. Vrbs ab vrno appellata est. Vruare est aratro definire, & Varus aut vrum appellari curvaturam aratri: quod in vrbe condenda ad hiberi solet. Oppidum ab ope dicitur, quod eius rei causa monta sint constituta. Territorium est vniuersitas agrorum intra fines cuiusque ciuitatis: quod ab eo dictum quidam aiunt, quod magistratus eius loci intra eos fines terrendi, id est, summouendi ius habent. Verbum suum ambiguum est, virum de toto, an de parte significet: & ideo qui iurat suum non esse, adjicere debet, neque sibi commune esse.

VLTIANVS lib. IIII. ad leg. Julianam.

Lex CXXXV.

Quaret aliquis, si portento sum, vel monstrosum, vel debilem mulier ediderit, vel qualiter visu, vel rugitu nouum, non humanae figurae, sed alterius magis animalis, quam hominis partum: an quia evicta est prodeesse ei debeat. Et magis est, ut hac quoque parentibus profint. Nec enim est quod eis imputetur, quae qualiter potuerunt statutis obtemperauerunt: neque id quod fataliter accessit, matri damnum inungere debet.

IABOLENVS libro IIII. Epist.

Lex CXV.

Qvæstio est, fundus à possessione, vel agro vel prædio quid distet. Fundus est omne quicquid solo tenetur. Ager est species fundi qui ad rsum hominis comparatur. Possessio ab agro inris

iris proprietate distat. Quicquid enim apprehendimus, cuius proprietas ad nos non pertinet, aut nec potest pertinere, hoc possessionem appellamus. Possessio ergo iuris est ager proprietas loci qd. Pratum iuriusque superscripte res generale nomen est: nam & ager, & possessio, huius appellationis species sunt.

Aclius Gallus de verborum, quae ad ius pertinent, significatione.

Lex CLVII.

Q Vantum ad iuris pertinet largam significationem, Paries est, &c.

PAVLVS lib. IIII. Epist. Alpheu.

Lex CCV.

Q Vi fundum vendidit, ponum recipit, nubes & ficas & rinas. Duntaxat duracias albas: & purpureas, & que eiusdem generis esent: quas non rini causa haberemus, quas Graci * regi eis appellant, receptas videri.

HERENNIVS lib. III. ad edictum.

Lex CXLVII.

Q Vi in continentibus urbibus nati sunt, Romae natu intelliguntur.

PAVLVS lib. XI. ad legem Iuliam Papiam.

Lex CXIX.

Q Vi mortui nascentur, neque nati, neque procreati videntur, quia nunquam liberi appellari potuerunt.

Quare
hauc l. su
præ co. I
Paries.

* id est, e
dules co
mestibi
les.

CAIVS lib. I ad ediculum Pret. vrb. tit. Quis neque sequantur neque ducantur.

Lex XLVIII.

Hans Ihab
bes infra
eo l. foliu-
tum.

Q Vneque sequantur, &c.
IDEM lib. III ad leg. XII. Tabul.

Lex CXXXVI.

Q Vi venenum dicit, adiçere debet, bonum,
an malum sit. Nam & medicamenta re-
nena sunt, quia eo nomine omnē continentur, quod
adhibitum eius naturam, cui adhibitum est, mu-
tat: cum id quod nos venenum appellamus, Greci
φαρμακον dicunt. Apud illos quoque tam medi-
camen̄a quam ea quae nocent hoc nomine con-
tinentur. Unde adiectione alterius nominis di-
stinctionem fieri, admonet & nos summus apud
eos postarum Homerus sic dicens:

Τοῖς διὸ θυγάτηρ ἔχε φόρμανος μητέρης,
Εὐθλὰ, τὰ δὲ ποιόδαμνα πίπει σένος παράνοις,
Αἰγυπτίην, τῇ πλεῖστῃ φύσει γένοδος οὐ πέρι
Φερμάκης πολλὰ μηδὲ ισθλα μηγεμένα, πολλὰ
δὲ λυγρά. hoc est,

Tyndaris hæc habuit summo Ione nata venena,
Quæ Polydāna dedit coniunx Aegyptia Thonis
Commoda, consulte medica composta sub arte:
Multæ legens iheraria; solerstellure venena
Noxia permixtum carpens quoque commodata
multa

Glandis appellatione omnis fructus, contine-
tur

tur, ut Tabolenus ait exemplo Grecis sermonis,
apud quos omnes arborum species * à ἄργοσquæ + id est, fru-
tus arbo-
rum.

V L P I A N V S libro X X V I I . ad S.C.

Lex x c.

Qui vti optima maximaq; sunt ades, tra-
dit: non hoc dicit, seruitutem illis debent;
sed illud solum, ipsas ades liberas esse: hoc est nulli
seruire.

P A V L V S libro L V I I I .

Lex L V I I .

Quibus precipua cura rerum incumbit: &
qui magis, quam ceteri diligentiam & so-
licitudinem rebus, quibus præsumi, debent: y ma-
gistrorum appellantur, quinetiam & ipsi magistri-
tus per derivationem à magistris cognominan-
tur. Vnde etiam cuiuslibet discipline precepto-
res magistros appellamus, à monendo, vel mon-
strando. Persequi videtur, & qui satis accepit.

C E L S V S libro V . Digestorum.

Lex L X X X V I .

Quid aliud sunt iura prædiorū, quām præ-
dia, qualiter se habentia: vt bonitas, salu-
bitas, amplitudo?

M O D E S T I N V S libro VII . Epist.

Lex C X V .

Quisquis mihi alius filius, filiare, heres sit,
hūi verbis Labeo ait non r̄ideri filiam con-
tineri. Proculius contrā Mihi Labeo r̄ideatur

D 3

54 DE VERBORVM ET

verborum figuram sequi: Proculus mentem te-
stantis Restondi: Non dubito, quin t' abeonis
sententia vera non sit.

C A T I V S libro II. ad leg. XII. Tab.

Lex CCXXXIV.

Quos nos hostes appellamus, eos veteres
perduelles appellant: peream adiecio
nem iudicantes, cum quibus bellum esset. Locu-
ples est, qui satis & idonee habet pro magnitu-
dine rei quam aëtor restituendam esse petit. Ver-
bum, vincere, quidam putant ad cibum pertinere.
Sed Offilius ad Atticum, at his verbis, & vesti-
menta, & stramenta contineri. sine his enim ri-
uere nominem posse.

P A V L V S lib. singul ad SC. Tertullianum.

Lex CCXXXI.

Quod dicimus eum qui nasci speratur, pro
superstite esse: tunc rerum est, cum de
ipsius ure queritur: alijs autem non prodest, nisi
natus sit.

P A V L V S libro XXI.

Lex XXV.

Recè dicimus eum fundi: n totum nostrum
esse, etiam cuius r̄susfructus alienus est:
quia r̄susfructus non dominij pars, sed seruitus
est, vt via, & iter. Nec falso dicitur meum esse,
cuius non potest r̄la pars dicta alterius esse. Hoc
& Tullianus ait, & est verius. Quintus Mu-
tius

R E R V M S I G N I F I C .

52

tius ait, partis appellatione rem pro indiviso si-
gnificari: nam quod pro indiviso nostrum sit, id
non partem, sed totum esse. Seruitus non ine-
ganter partis appellatione utrumque significari.

I D B M libro V. Lex V.

R Ei appellatio latior est, quam pecuniae: quia
retiam ea, que extra computationem patri-
monii nostri sunt, continent: quam pecuniae signi-
ficatio ad ea referatur, que in patrimonio no-
stro sunt. Opero legato vel conducto, his verbis
significari Labeo ait id opus quod Greci tam i-
deas non ⁴ ipsos vocant, id est, ex opero facta
corpus aliquod perfectum.

V L P I A N V libro X I I I I .

Lex XXII.

R Ei appellatione, & causa, & iura conti-
nentur

P A V L V S libro X I I I I .

Lex XXXV.

R Estituere autem is intelligitur, qui simul
& rem & causam actori reddit, quam is
habiturus esset, si statim iudicij accepti tempore
res ei redditia fuissent: id est, usucaptionis causam,
& fructum.

P A V L V S ad edictum ad l. curul.

Lex LXXV.

R Estituere videturis, qui restituit quod ha-
biturus esset actor, si controversia cisa
non esset.

D 4



PAVLVS libro i. ad edictum. Lex LIII.

Saepe ita comparatum est, ut coniuncta pro disjunctis accipiatur, & disjuncta pro coniunctis: interdum & soluta pro separatis. Nam cum dicitur apud veteres, agnatorum gentiliumque, pro separatione accipitur. At cum dicitur, super * pecunia tutelare sua, tutor separatim sine pecunia dari non potest. Et cum dicimus, Quod dicitur donum: utraque continemus. Cum vero dicimus, Quod eum dare sacer oportet: quodvis eorum sufficit probare. Cum vero dicit prator si donum, munus, operas redemerit: si omnia imposita sunt, certum est omnia redimenda esse. Ex re ergo pro coniunctis habentur: & si quedam imposta sunt, cetera, non desiderabuntur. Item dubitatum est, illa verba, ope, & consilio, quemadmodum accipienda sunt: utrum ex sententia coniungentium, separantium. Sed verius est, quod & Labeo ait, separatim accipienda, quia aliud factum est eius, qui ope: aliud eius, qui consilio factum est. Sic enim alij condici potest, alij non potest. Et sane post veterum autoritatem eo peruenit est, ut nemo operideatur fecisse, nisi & consilium malignum haberit; nec consilium habuisse nocendi, nisi & factum secutum fuerit.

PAVLVS libro LXXV. Lex LXI.

Satisfactionis appellatione interdum etiam res promissio continetur, qua contentus fuit u-

CH³

cui satisfatio debebatur.

S C A E V O L A libro XVIII. Digestorum.

Lex CXXXVIII.

Scauolare respondit: Semper * acceptum est, ut * receptum
liberorum appellatione etiam iū contineri in-
telligantur, que eodem testamento vel poste-
riore loco manūmitterentur: nisi manife * te is,
à quo peteretur, contra defuncti voluntatem
deceret peti.

P A V L U S libro LXXVII.

Lex L X X .

Scindendum est heredem etiam per multas suc-
cessiones accipi. Nam in paucis speciebus ha-
redis appellatio proximum continet, veluti in
substitutione impuberis. Quisquis mihi heres
erit, idem filio meo heres esto: ubi heredu heres
non continetur, quia incertus est. Item in lege
Aelia Sentia, si ins heres proximus potest liber-
tum paternum vt ingratum accusare, non etiam
si heredi heres extiterit. Idem dicitur in opera-
rum exactione; vt filius heres exigere poscit, non
ex successione effectus. Verba hec, is ad quem ea
res pertinet, sic intelliguntur, vt qui in rnuer-
sum dominum, vel iure ciuitatis, vel iure pratorio
succedit, continetur.

M O D E S T I N U S libro VI. Pandect.

Lex CIX.

Sequester dicitur apud quem plures eandem
rem, de qua controversia est, deposuerunt: di-

D s

Eius ab eo, quod occurrenti aut quasi sequenti eos
qui contendunt committitur

CAIVS libro VIII. ad leg. Iul. Pap.

Lex C. L.

SIta à te stipulatus fuero, quanto minus à
Titio consecutus fuero, tantum dare spondes?
non solet dubitari quis si nihil à Titio fuero con-
secutus, totum debeas quod Titius debuerit.

I DEM libro II. ad leg. XII. Tabul.

Lex CCCCXXXIII.

* alias ca-
villetur.

* i. ab eo
quod est
longe.

* i. tristile
telum.

* i. ab em:
tendo.

* i. sagitta.

S1st calumnietur, & moretur, & frustretur,
Inde & calumniatores appellati sunt, qui per
fraudem & frustrationem alios vexarentur, inde
& cauillatio dicta est. Post calendas Iana-
rias, die tertio pro salute principis vota suscipiun-
tur. Telū vulgo quidē id significatur quod mit-
titur manus Itaq: sequitur ut lapis, & lignū, &
ferrum hoc nomine continetur: dictum ab eo
quod in longinquum mittatur: * ἀπὸ τοῦ θαλλοῦ
Greca vocē figuratū. Nam & hāc significatio-
nem inuenire possumus & in Greco nomine, Nā
quod nos telū appellamus, illi βέλος & * appellant;
ēoque nomine vulgo quidē id significatur quod
ab arcu mittitur: sed non minus omne significa-
tur quod mittitur manus, * ἀπὸ τοῦ βάλλοντος: &
id quod ab arcu mittitur, apud Grecos quidē
proprio nomine, * ὁ γερυτας vocatur: apud nos
autem communī nomine telum appellatur.

PROC

PROCULVS libro VI. Epistolarum.

Lex LXXVI.

Si cum fundum tibi darem, legem ita dixi,
Vt optimus nō aximusque est. & adieci, Ius
fundī deterius factū non esse: per dominū
prestabilit̄ amplius eo prestabilit̄ nihil. Etiam
si prior pars, quā scriptum est, Vt optimus ma-
ximusque est, liberū esse significat, eoque si po-
sterior pars adiecta non esset, liberū prestare
debet: tamen inferiore parte satis me liberatum
puto, quod ad iura attinet, ne quid aliud presta-
re debeam, quām ius fundī per dominū dete-
rius factū non esse.

PAVLVS libro II ad edictū edil. curul.

Lex LXXXI.

Signatorius annulus, ornamenti appellatione
non continetur.

* CAIUS libro VIII.

* paulus.

Lex XXX.

Sylua cedua est, ut quidam putant, quae in hoc
habetur, ut caderetur. Seruius eam esse, que
succisa rursus ex stirpibus aut radicibus renasca-
tur. Stipula illecta, sunt spicæ in messe deiectæ,
nedū lecta: quas rustici cū vacauerint, colligunt.
Noualis est terra professa, quæ anno cessat: quam
Greci vox vocant integra autem est in quam * id est, no
nendum dominus pascendi gratia pecus immisit. uale grū.
Glam caduca est, quæ ex arbore cecidit. Pas-
cua sylua est, quæ pascuis pecudum destinata est.

LABEO

*id est, ve-
risimiliū.

LA BEO libro IIII. *'wibxvñ ex Pauli
epistola. C C X L I I .

Si qua pena est, mulcta est: si qua mulcta est,
pena est, Paulus. Utrumque eorum falsum est.
namque harum rerum dissimilitudo ex hoc quo-
que apparet, quod de pena prouocatio non est.
Similatque enim vietus quis est: eius maleficū
cuius pena est statuta, statim ea debetur: at mul-
cta prouocatio est: nec antē debetur, quia aut
non est prouocatum, aut prouocator vietus est: nec
aliter quam si is dixit, cui dicere licet. Ex hoc
quoque earum rerum dissimilitudo apparere po-
terit, quia certa pena singularium peccatorum
sunt mulcta contraria: quia eius iudicis potestas est
quantum dicat: nisi cum lege constitutum est,
quantam dicat.

V L P I A N V S lib. IIII. ad legem Iul.

Papiam. Lex C X X X II.

Si quis sic dixerit, ut intra diem mortis eius
saliquid fiat: ipse quoque dies, quo quis mor-
tuus est, numeratur.

*Caius.

V L P I A N V S lib. IX. ad edict. Lex XII.

Si cui exempto, vel ex locato, vel ex alio ullo
contractu debetur: sed & si ex delicto debe-
tur: mihi videtur posse creditoris loco accipi, quod
si ex populari causa ante litis contestationem,
recte dicetur creditoris loco non esse. Minus sol-
uit qui tardius soluit: nam & tempore minus
soluitur.

TEREN

R E R V M S I G N I F I C .

61

T E R E N T . C L E M E N S libro II.

L e x C X L V I .

S oceri & socrus appellatione, aut̄ quoque, &
autam uxoris, vel mariti cotineri respondeatur.
I A B O L E N V S lib . v . Lex C X I I I .
S oluendo esse nemo intelligitur, nisi quis soli-
dam potest soluere.

V L P I A N V S libro X L V .

L e x C L X X V I .

S olutionis verbo satisfactionem quoque om-
nem accipienda placet. Soluere dicimus eum,
qui id facit quod facere promisit.
C A I V S lib . ad edictum prae orbis tit . Quis
neque sequantur, neque ducantur.

L E X X L V I I I .

Solutum non intelligimus eum qui licet vin-
culis levatus sit, manibus tamen tenetur: ac ne
eum quidem intelligimus solutum, qui sine vin-
culis in publico sernatur.

V L P I A N V S ad legem Iul . Papiam.

L e x C X V I I I .

S padonum generalis appellatio est: quo nomi-
nare tam iij que natura spadones sunt, quam
thlibes & thlasis, sed & si quod aliud genus spa-
donum est, continetur.

I D E M libro I I . de officio procon.

L e x C .

S peciosas personas accipere debemus, clarissi-
mas personas viriusque sexus: item eorum
quos



qui ornamenti senatoris vntur.

PAVLVS libro II ad edictum.

Lex VII.

Sponio appellatur, non solum, quæ persponsi
interrogationem fie sed omnis stipulatio pro-
missioque.

POMPONIVS lib. ix. epistolarum.

Lex CXLV.

Statae affixa basibus strucilibus, aut tabule
religata catenis, aut erga parietem affixa,
aut similius quæ coherent lignis, * non sunt
ad iudicium. Cinatus enim ad iudicium causa parantur,
non quo ades perficiantur. Item Labeo aut pro-
thyron quod in edibus interdum fieri solet;
ad iudicium est.

PAVLVS libro LIL.

Lex XXXIX.

Svbsignatum dicitur, quod ab aliquo subscri-
ptum est: nam veteres subsignacionis verba
pro adscriptione uti solebant. Bonaintelligu-
tur cuiusque, qua deducto arc alieno superiunt.
Attestari est etiam absenti denunciare. Iner-
tus possessor est, quem ignoramus.

VLPIANVS lib. XCVIII. ad edictum.

Lex CLXXXIII.

Addit. ta-
bernae. &
l. instau-
exama.

Taberne appellatio declarat omne vtile ad
habitandum adiunctionem: uenpe ex eo quod
tabernae claudatur.

PAVL

PAVLVS libro II. ad legem Iuliam.

Lex CXXXVII.

Ter enixa videtur, etiam que tergeminos
peperit.

CAIVS lib. XXVII. ad edictum proum.

Lex LXIII.

Igni appellatione in lege duodecim Tabu-
larum, omne genus materiae, ex qua edifi-
cia constant, significatur.

PAVLVS lib. v. Singul de tacit fideicom.

Lex CCXXXIX.

Tansacta finitima intellegere debentur, non Adde l. ut
solum de quibus controuersia fuerit, sed sunt.
etiam que sine controuersia sunt possessa.

* VLFIANVS lib. v. ad leg. Iul. Papiam. *Paulus.

Lex CXLI.

Triplex modo coniunctos intelligimus. Aut
enim re per se coniunctio contingit, aut re
& verbis, aut verbis tantum. Nec dubium est,
quoniam coniuncti sint, quos & nominum & res
complexus iungit: veluti, Titius & Manius ex
parte dimidia heredes sunt: vel Titius Ma-
niusque heredes sunt: vel ita Titius cum Ma-
nio ex parte dimidia heredes sunt. Videamus
autem, ne etiam si hos articulos destrahas, &
que, cum, interdum tamen coniunctos accipio
oporteat: veluti, Lucius Titius, Publius Ma-
nius, heredes sunt ex parte dimidia: vel ita,
Publius Manius, Lucius Titius, heredes sunt:

Sem

Sempronius ex parte dimidia heres esto : vt Titius & Mæius veniant in partem dimidiam, & re, & verbis conuncti videantur. Lucius Titius ex parte dimidia heres esto : Seius ex parte, qua Lucium Titium heredem institui, heres esto. Sempronius ex parte dimidia heres esto. Iulianus dubitari posse ait, an tres semisses facti sint: an Titius in eundem semissim cum Caio Seio institutus est. Sed eo quod Sempronius quoque in parte dimidia scriptus est, verisimilius ei in eundem semissim duos coactos, & coniunctum heredes scriptos esse.

POMPEONIVS libro XXX.

Lex CLXXX.

Tugurij appellatione omne edificium quod rusticæ rei magis custodienda conuenit, quam quod urbis edibus significatur. Offlinus ait tugurium à * tegendo. tanquam tegurum esse dictum: vt toga, quod ea tegamur.

I DE M libro v. ad Senatuscon.

Lex CXLV.

Venisse ad heredem nihil intelligitur, nisi deducatur alieno.

PAVLVS libro XIIII. ad Plant.

Lex LXXXII.

Verbum amplius, ad eum quoque pertinet, cui nihil debetur: sicut ex contrario minus solutum videtur, etiam si nihil esset exactum.

POM

M. 11
a heres episcopi
arem dimicatu
ntur. Legatis
Seum ex part
ustitutus, hanc
a heres etc.
essemis fact
em cum Car
Sempermann qu
, personalium &
los, & causa
libro XXX.
X.
nne obligatio
fodienda una
gmitat. (p
tanquam reg
tegarum.
Senatus
v.
il. in legibus
II. ad Plat.
11. in quoque pote
x contraria non
d' efficiat.
11) V

R E R V M S I G N I F I C .

65

P O M P O N I V S lib. X X V . ad Quintum Mu.

L e x C X X I I .

V Erbum, erit, interdum etiam præteritum,
nec solum futuri tempus demonstrat, quod
est nobis necessarium scire, ut cum codicilli ita con
firmat testamento fuerint. Quod in codicilli scri
ptum erit: utrumque futuri temporis demonstra
tio fiat, an etiam præteristi, si ante scriptos codi
cillos quis relinquit. Quod quidem ex voluntate
scribentis interpretandum est. Quemadmodum
autem hoc verbum, se, non solum praesens, sed &
præteritum tempus significat, ita & hoc verbum,
enon solum futurum sed int' rdi, etiam præ
teritum tempus demonstrat. Nam cum dicimus,
Lucius Titus solitus est ab obligatione, & præ
teritum, & praesens tempus significamus: sicut
hic, lucius Titus obligatus est. Et idem erit cum
ita loquimur, Troia capta est, non enim ad pra
esens facti demonstrationem refertur is sermo:
sed ad præteritum.

V L P A N Y S libro XXX.

L e x C L X X X V I I .

V Erbum exacte pecunie, non solum ad solu
tionem referendum est, verum etiam ad de
legationem.

F A R I N T A N V S lib. XXXVII. Quest.

L e x C C X V I I I .

V Erbum facere omnē omnino faciendi cau
sam complebitur, dandi, salvēdi: numeran
E



di, iudicandi, ambulandi.

V LPIANVS libro I. ad edictum.

Lex I.

V Erbum hoc, si quis, tam masculos, quam feme-
minas complectitur.

POMMOPONIVS libro XXXIX.

Lex CXXXI.

V Erbum illud, pertinere, latissime patet:
nam & ijs rebus petendis aptum est, que
domini nostri sunt, & ijs quas iure aliquo posse-
dentes, quamvis nostri dominii non sunt. Per-
tinere ad nos, etiam ea dicimus, que in nulla eorum
causa sunt, sed esse possunt.

P A V L Y S libro IIII. ad edictum.

Lex VIII.

V Erbum, aportabit, tam presens quam futu-
rum tempus significat. Actionis verbo, non
continetur exceptio.

P A V L Y S libro XXVI.

Lex XXXVII.

V Erbum, oportere, non ad facultatem iudi-
cuerit, qui potest vel pluris vel mino-
ris condemnare, sed ad veritatem referatur.

C ELSY S libro XX. Digestorum.

Lex XCIV.

V Erbum, reddeendi, quanquam significatum
habeat retro dandi: recipit tamen & per se
dandi significationem.

V LPIA

RERVM SIGNIFIC.

67

V LPIANVS libro LVIII.

Lex XLIX.

V Erbo, rictus, continentur quae esui & potius, cultuq[ue] corporis, quæq[ue] ad vivendum homini necessaria sunt. Vestem quoque, rictus habere vicem, Labeo ait.

I D E M libro XII.

Lex XX.

V Erba, contraxerunt, gesserunt: non pertinent ad testandi ius.

POMPONIVS libro V.

Lex CXX.

V Erbis legis duodecim Tabularum his, Vt quisque legasset: sua rei ita ius esto latissima potestas tributa videtur, & heredes instituendi, & legata, & libertates dadi, tutelas quoque constituendi: sed interpretatione coangustatum est, vel legum auctoritate, vel iura constituentium.

V LPIANVS libro I. ad legem

Aeliam Sentiam.

Lex CCXVI.

V Erum est eum, qui in carcere clausus est, non videri, neque vinculum neque in vincula esse, nisi corpori eius vincula sint adhibita.

PAVLVS libro II. Manualium.

Lex CXXVIII.

V Estis appellatione tam verilis, quam imbelibris, & scenica, etiam si tragica, aut citharaedica sit, continetur.

E 2



*Vlpianus

*PAVLVS libro vi. ex Minutio.

Lex CCV.

V Maria rasa proprie rasa torcularia esse placet: dolia autem & serias tandem in ea causa esse, quādū vinum haberent, cū sume vino esse cōperint, definire in eo numero esse, quoniam ad alium r̄sum transferri possunt: veluti si strumentum in his addatur, eandem causam amphorarum esse, vt cū vinum habeant, tunc in r̄sis r̄nariorū: cū inane sint, tunc extra numerum r̄nariorū sint, quia aliud in his condi posse.

VENVLIEVS libro viii. Stipul.

Lex CCXXXIII.

V Incolorum appellatione, vel privata, vel publica vincula significantur, custodie vero tantum publica custodia.

VLPIANVS lib. x.

Lex CXLV.

V Irilis appellatione, interdum etiam totam hereditatem contineri dicendum est.

POMPONIVS libro vi.

Lex CLXVI.

V Urbana familia, & rustica, non loco, sed genere distinguuntur. Potest enim aliquis dispensator non esse ex urbanorum seruorum numero, retintis, qui rusticarum rerum rationes dispenset, ibiq; habitet: & non multum abest à villico. Insularius autem urbanorum numero est. Videntur tamen est, ipse dominus, quorum loco quenque

V.M. II.
I. ex M. Marti
V.
rafa torquata
& sericea tenuis
aberrant, dimid.
numero 5-6-7
possunt: relata
idem causam
habeant, rursum
tunc extra m
lin hinc causa p
VIII. Sept.
XIII. ne relata
cavant, obser
S. lib. X.
L.V.
terdam eam
descendam
s libro V.
VI.
Ties, non long
e causam aliq
severum numer
in rotundis
in abeclis & vallis
numero est. V.
quoniam ha
que
que
que

R E R V M S I G N I F I C .

69

que habuerit: quod ex numero familiae, & vicar
is apparebit. Pernoctare extra urbem intelli
genda est, qui nulla parte noctis in urbe est: per
enim totam noctem significat.

V LPIANVS libro II. de omnibus
tribunalibus.

Lex CXCIV.

V Rbana prædia, omnia edificia accipimus
non solum ea, quæ sunt in oppidis: sed & si
fortè stabula sunt, vel alia meritoria in villis, &
mritis, vel prætoria voluptati tantum deseruen
tia: quia urbani prædium non locus facit, sed
materia. Proinde hortos quoque, si qui sunt in
edificijs constituti, dicendum est urbani præ
pellatione contineri. Planè si plurimum horti in re
ditu sunt, sine arce fortè vel etiam holitorij, magis
hac non sunt urbana.

P A V L V S libro I. ad edictum.

Lex II.

V Rbis appellatio, muris: Romæ autem conti
nentibus edificijs finitur: quod latius patet.
Cuiusque diei maior pars est horarum.

P O M P O N I V S libro VI.

Lex CXXI.

V Sura pecunia, quam percipimus, in fructu
non est, quia non ex ipso corpore, sed ex alia
causa est, id ex noua obligatione.

E 3



* Alphen⁹
ait, urbem
eile Ro-
mam, qua
muro cin-
geretur:
Romam
etiam qua
incōinen-
ti adficia
&c. Adde
leg. trans-
acta.

VT Alphen⁹ * ait, Vrbs est Roma, que
muro cingitur. Roma est etiam quantum
continentia adficia essent. Nam Romanum non
muro tenus existimari, ex consuetudine quoti-
diana posse intelligi, cum diceremus Romanum nos-
ire, etiam si extra urbem habitaremus.

CAIVS libro singul. Senatus con-
sult. Orficiam.

Lex CCXXX.

VT sunt indicio terminata, transactione com-
posita, longioris temporis silentio finita.

DE

RER. SIGILLI
ro v. Dicessum
XVII.
Fris. qd. Ima.
ma est than que
Nam. Renn.
ex confessoris
diceremus. Renn.
obstaremus.
al. Sestini. Fr.
cam.
XXX.
nata. fr. fons.
poru. fons. p.



71

DE REGVLIS IVRIS.

TITVLVS XVII.

Libri L. Pandectarum, per
ordinem Alphabeti.

VLPIANVS. Lex CLXXXIV.

AESSENTIA eius qui Reipublica
causa abest, neque er, neque alij
damnoſa eſſe debet.

PAPINIANVS.

Lex LXXXVIII.

Actus legitimi, qui non recipiunt diem vel
conditionem: veluti emancipatio, acceptio,
hereditatis aditio, serui optio, dato tutoris,
in totum vitantur per temporis vel conditionis
adiectionem. Non minquam tamen actus supra-
scripti tacite recipiunt, quae aperi comprehendit
vitium afferunt. Nam si acceptum feratur ei qui
sub conditione promisit: ita de num egiſſe aliquid
acceptatio intelligitur, si obligatio conditio ex-
titerit. Quod si verbis nominatum acceptatio

E

comprehendatur nullius momenti facit actum.

VLPIANVS. Lex CXCIX.

Adea, que non habent atrocitatem facinoris, vel sceleris, in his ignoroscitur seruissi vel dominis, vel ijs, qui vice dominorum sunt, veluti tutoribus & curatoribus: obtemperauerint. Semper qui dolo fecit, quo minus haberet: pro eo est habendus ac si habiret. In contractibus successores ex dolo eorum, quibus successerunt, non tantum in id quod ad eos peruerent, verum etiam in solidum tenentur: hoc est, * ut unusquisque pro ea parte quilibet est, * conueniat.

IDE M. Lex CXXI.

Aliud est rendere, aliud est vendenti consentire. Refertur ad viueros quod publicè fit per maiorem partem. Absurdum est plus iuris habere eum cui legatus sit fundus, quam heredem, aut ipsum testatorem, si viueret.

PAVLVS. Lex L.

Altius circumuentio, alij non præbet actio-nem.

CAIUS. Lex LVIII.

Bona fides non patitur, ut bis idem exigatur.

PAVLVS. Lex CLXXXIX.

Bona fides tantum possidenti præstat, quantum veritas quoties iex impedimento non est.

VLPIANVS. Lex CXXIX.

Capienda occasio est, qua præbet benignus responsum. Quod factum est: cum in obscu-ro sit

rofit ex affectione cuiusque capit interpretatio-
nem.

IDEM. *Lex XLVIII.*

Consi*ij* non fraudulenti nulla obligatio est.
Ceterum si dolus & calliditas intercesserit, de dolo actio competit. Socij mei socius, mens
socius non est.

DSM Lex xxiii

Contrafus quidam dolum malum dunt a-
citat recipiunt: quidam & dolum & culpam.
Dolum tantum, depositum & precarium dolum
Culpam, mandatum, commedatum, venditum,
pignori acceptum, lecatum: item dotis datio tu-
tela, negotia gesta. In his quidem & diligentia.
Sed & societas, & rerum communio, & dolum,
& culpam recipit. Sed haec ita, nisi si quid nomi-
natim conuenit, vel plus vel minus in singulis
contrahibus nam hoc seruabitur, quod initio con-
venit. legem enim contractui dedit, excepto eo,
quod Celsus putat, non valere, si conuenierit ne
dolus prestetur. Hoc enim bonae fidei iudicio cor-
trarium est: & ita vitimur. animalium vero
casus, mortesque, quæ sine culpa accidunt: fugi-
seruorum, qui custodiri non solent, rapina, tumu-
tus, incendia, aquarum magnitudines, impetus
predonum à nullo prestantur.

CAIUS Lex CXXIX.

Creditor qui permittit rem venire, pignus dimittit.

PAVLVS. Lex CXC.

CViis effectus omnibus prodest, eius & partes ad omnes pertinent.

PAVLVS. Lex LXXXI.

CVius per errorem datu repetitio est: eius consulto dati donatio est.

VLPIANVS. Lex CXXIIII.

CViis est donandi, eidem & vendendi, & concedendi vius est.

IDE M. Lex XXXVII.

CVlpa caret, qui scit, sed prohibere non possit.

POMPONIVS. Lex LI.

CVlpa est immiscere se rei ad se non pertinenti.

PAVLVS. Lex LXXXV.

CVm amplius solutum est, quam debebatur, cuius pars non invenitur, quae repeti possit, totum esse indebitum intelligitur: manente pristina obligatione. Is natura debet, quem uregendum dare oportet cuius fidem fecuti sumus.

VLPIANVS. Lex CXCVI.

CVm per delictum est duorum, semper oneatur petitor: & melior habetur possessoris causa: sicut fit, cum de dolo excipitur petitor.

* alias aut si rei, vel, aut si non eri.
neq; enim datur talis replicatio petitori * Si non rei quoque in ea re dolo actum fit. Illi debet permetiri paenam petere, qui in ipsam non incidit.

PAVL

PAVLVS. Lex CLXX.

CVM prætor in heredem dat actionem, quatenus ad eum peruenit: sufficit si vel momento ad eum peruenit ex dolo defuncti.

IDEM. Lex CXXXIX.

CVM principalis causa non consistit plerumq; ne ea quidem, que sequuntur locum habent.

VLPIANVS. Lex CXXVI.

CVM quis posset alienare, poterit & consenserit alienationi. Cui autem donare non conceditur, probandum erit, nec si donationis causa conseruit, ratam eius voluntatem habendam.

CAIVS. Lex CVIII.

CVM seruis nulla actio est.

PAVLVS. Lex XVII.

CVM tempus in testamento edicetur, credendum est pro herede adiectum, nisi alia mens fuerit testatoris: sicut in stipulationibus, promisoris gratia tempus adicetur.

VLPIANVS. Lex XXIX.

DIUS Pius rescripsit, eis qui ex liberalitate sua conueniuntur: in id quod facere possunt condemnandos.

IDEM. Lex LXII.

DOMUM suā reficere vincuique licet: dum non officiat in iusto alteri in quo ius non habet.

PAPINIANVS. Lex LXXXIII.

DONARI videtur quod nullo iure cogente condicetur.

KVLIA

IVLIANVS. Lex LXVI.

* id est cō-
menū ca-
ullatoriū.
EA est natura cauillationis, quā Greci * oō-
pētūr appellant, ut ab euidenter veris: per
breuiſimas mutationes diſputatio ad ea, qua eu-
denter falsa ſunt, perducatur.

VLPIANVS. Lex CLXXVII.

EA que ad dandum imposſibilia ſunt, vel
que in rerum natura non ſunt, pro non ad-
iectis habentur.

IVLIANVS. Lex LXXV.

EA que raro accidunt: non temere in agendis
negotijs computantur.

MARCELLVS. Lex CLIII.

EA que in partes diuidi non poſſunt: ſo'ida à
ſingulis heredibus debentur. In re dubia be-
nigniorem interpretationem ſequi, non minus u-
ſius eft, quam tutius.

HERMOGENES. Lex XCVII.

EA ſola deportationis ſententia auferit, que
ad fiscum perueniunt.

EIus eft nolle, qui poſteſt & veſſe.

MARCELLVS. Lex CXLIII.

ET ſinihil facile mutandum eft ex ſolennibus:
Et amen vbi aequitas euidens expoſcit, ſubue-
niendum eft.

VLPIANVS. Lex LIX.

EX pœnalibus cauſis non ſolet actio in pa-
trem de peculio dari.

IDE M

IDE M. Lex CXCII.

Ex qua persona quis lucrū capit, eius factum
presumere debet.

MODESTINVS. Lex CL.

Expressa nocent, non expressa non nocent.

VLPIANVS. Lex CXXXII.

Factum à iudice, quod ad officium eius non
pertinet, ratum non est.

PAVLVS. Lex CXCVII.

Factum cuique suum, non aduersario suo na-
cere debet. Non videtur vim facere, qui iure
suo vicitur, & ordinaria actione experitetur. In pæ-
nibus causis benignius interpretandum est.

CAIVS. Lex CLVIII.

Favorabiliores res potius, quam actores ha-
bentur.

PAVLVS. Lex CIX.

Fere in omnibus pœnibus iudicis, & etatis,
& imprudentia succurritur.

PAVLVS. Lex CXCVI.

Fere quibusunque modis obligamur, ipsisdem
in contrarium actis liberamur, quum quibus
modis adquirimus, ipsisdem in contrarium actis a-
mittamus. Ut igitur nulla possessio acquiri nisi
animo & corpore potest ita nulla amittitur, nisi
in qua utrumque in contrarium actum est.

METIANVS. Lex XCIII.

Filius familiæ neque retinere, neque recupe-
rare, neque adipisci possessionem rei pecula-

ris videtur.

VLPIANVS. Lex II.

Foemine ab omnibus officijs ciuilibus vel publicis remota sunt, & ideo nec indices esse possunt, nec magistratum gerere, nec postulare nec pro alio intervenire, nec * procuratrices existere. Item impuberes omnibus officijs ciuilibus debent abstinere.

PAPINIANVS. Lex LXXX.

Fraudis interpretatio semper in iure ciuili non ex eventu duntaxat, sed ex consilio quo-
desidera- que * consideratur.

I. BOLENVS. Lex LXXII.

Frustus rei est, vel pignori dare licere.

POMPONIVS. Lex XL.

Friofū, vel eius cui bonis interdicitur, nulla voluntas est.

PAPINIANVS. Lex LXXIX.

Generaliter cum de fraude disputation, non quid habeat actor, sed quid per aduersarium habere non potuit, considerandum est.

VLPIANVS. Lex LX.

Heredem eisdem potestatis iurisq; esse cu-
r** curato-*
ur.
desidera-
que * consideratur.

VLPIANVS. Lex LXIII.

Hereditas nihil aliud est, quam successio in
universum ius, quod defunctus habuit tem-
pore mortis.

VLPIA

EX DIGESTIS.

79

VLPIANVS. Lex CXCV.

Hoc iure ritimur, ut quicquid omnino per
rim fiat: aut in ius publica, aut private cri-
men invidat. Deiecit & qui vel ius sit, vel man-
davit, vel ratum habuit. Rati enim habitio man-
dato comparatur. In contractibus, in quibus dolis
prestatio vel bona fides inest, heres in solidum
tenetur.

POMPONIVS. Lex XI.

ID quod nostrum est sine facto nostro, ad alium
transfiri non potest.

PAVLVS. Lex XVI.

Imaginaria venditio non est, pretio accidente.

CAIUS. Lex CLXXXIII.

Impunita culpa annumeratur.

MARCELLVS. Lex CXLV.

Impossibilium nulla obligatio est.

METIANVS. Lex XCVII.

In ambiguis orationibus maximè sententia
spectanda eius est, qui cas proculisset.

PAVLVS. Lex LXXXVI.

In ambiguis pro debitis respondere melius est.
Non est nouum, ut quæ semel utiliter consti-
tuta sunt darent: licet ille casus extiterit, à quo
initium capere non potuerit. Quoties aequitatem,
desiderij naturalis ratio, aut dubitatio iuris mo-
ratur: iustis decretis res temperanda est.

VLPIA



80 DE REGVLIS IURIS
VLPIANVS Lex CXXIII.

IN condemnatione personarum que in id quod facere possunt dannatur, non totum quod habent, extorquendum est: sed & ipsarum ratio habenda est, ne egeant. Cum verbum, restituas, in lege inuenitur: et si non specialiter de fructibus additum est, tamen etiam fructus sunt restituendi. Vnicuique sua mora nocet: quod & in duebus reis promittendi obseruatur. Dolofacit qui petit quod restituturus est.

IDEM Lex CXXXV.

IN contrahenda renditione, ambiguum pactum contra venditorem interpretandum est. Ambigua autem intentio ita accipienda est: ut res salua actoris sit.

PAVLVS. Lex CXI.

In eo quod plures sit, semper inest minus. Nemo aliena rei expremissor idoneus videtur, nisi cum satisfactione. Pupillus pati posse non intelligitur. Vbi verba coniuncta non sunt, sufficit alterutrum esse factum. Mulieribus tunc suzerendum est: cum defraudantur: non ut faciliter calumnientur.

POMPNIVS. Lex XXXIIII.

*lucrī cau-
sa factu-
rus est. **I**n eo, quod velis qui petit, velis à quo petitur,
*lucrī petiturus est, diuīor causa ejus peccatoris.

V L P I A

V L P I A N V S. Lex CXXI.

IN iure ciuili receptum est, quoties per eum cuius interest conditionem non impleri, fiat cōditio, quo minus impleatur, perinde haberi, ac si immēta conditio fuisse, quod ad libertates & lega- pleri, non ta, & ad heredum institutiones perducitur. Quisbus exemplis stipulationes quoque committuntur cū per promissorem factum esset, quo minus stipulator conditioni pareret:

P A V L V S. Lex V.

IN negotiis contrahendis, alia causa habita est furiosorum, alia eorum qui sari pos- sunt, quamvis alcumres non intelligant. Nam furiosus nullum negotium contrahere potest: pupillus omnia negotia tutore authore agere potest.

V L P I A N V S. Lex CXL.

IN obscurā voluntate manumittentis, fauendum est libertati.

P A V L V S. Lex C XV.

IN obscuris inspici solet, quod verisimilius est, aut quod plerunque fieri solet

I D B M. Lex LXIX.

IN omnibus causis id obseruatur, ut ubi per- sonae conditio locum facit beneficio: ibi defi- ciente ea, beneficium quoque deficit: ubi vero genus actionis id desiderat, ibi (ad quemuis persecutio eius deuenirerit) non deficit ratio auxilii.

POMPONIUS. Lex XL.

* In quo per alium mora est. **I**n omnibus causis pro facto accipitur, id * in quo quis alium perhorrescit quo minus fiat. **I**DEM. Lex XXXII.

In omnibus obligationibus, in quibus dies non apponitur, presenti die debetur.

VLPIANVS. Lex CXXXVI.

In omnibus officiis, que fieri per liberas personas leges desiderant: seruus interuenire non potest. Non debo melioris conditionis esse, quam auctor meus, à quo ius in me transit.

PAVLVS. Lex XC.

In omnibus quidem, maxime tamen in iure, **E**quitas spectanda est.

PAVLVS. Lex CXXXI.

In pari causa possessio potior haberi debet. **Q**ui in uniuersum ins succedunt, heredum loco habentur.

VLPIANVS. Lex XXIII.

In personam seruilem nulla cadit obligatio. Generaliter probandum est, ubique in bona fide iudicis confertur in arbitrio domini vel procuratoris eius conatus: pro boni viri arbitrio hoc habendum esse.

PAVLVS. Lex XII.

In testamento plenius voluntates testamentum interpretamur.

PAPIN

PAPINIANVS. Lex VII.

IN toto iure generi per speciem derogatur: & illud potissimum habetur, quod ad speciem directum est.

CAIVS. Lex CXXII.

IN toto pars continetur.

PAPINIANVS. Lex LXXXVII.

IN totum, omnia que animi destinatione agenda sunt: non nisi severa & certa scientia perfici possunt.

VLPIANVS. Lex CXCVIII.

Inuitus nemo cogitur defendere. Cui damus actionem, eidem exceptionem competenteremul- to magis qui dixerit. Cum quis in aliquius locum successerit: non est aequum ei nocere hoc quod aduersus eum non nocuit; in cuius locum successerit. Plerunque emptoris eadē causa debet esse circa petendū ac defendendū, que fuit authoris. Quod enīque pro eo præstatur, inuitus non tribuitur.

PAVLVS. Lex LXXX.

Inuitus beneficium non datur.

VLPIANVS. Lex CXXX.

Is damnum dat, qui iubet dare. Eius verē nulla culpa est, cui parere necesse sit. Quod pendet, non est pro eo, quasi sit.

POMPONIVS. Lex VII.

Iura sanguinis nullo iure ciuili dirimi pos- sunt.

VLPIANVS. Lex CCVI.

Iure naturae aequum est, neminem cum alterius
detrimento & iniuria fieri locupletiorem.

POMPONIVS. Lex VII.

Ius nostrum non patitur eundem in paginis &
statu, & intestato decessisse, earumque rerum na-
turaliter inter se pugna est, testatus, & intestatus,

PAVLVS. Lex CVII.

Libertas inest imitabilis res est.
CAIVS. Lex XV.

Libertas omnibus rebus favorabilior est.
VLPIANVS. Lex LXVI.

Mareculus ait, desinit debitor esse nisi qui na-
tus est exceptionem iustam, nec ab equi-
tate naturali abhorrentem.

CAIVS. Lex CLXXXV.
Melior conditio nostra per seruos fieri po-
test: deterior fieri non potest.
POMPONIVS. Lex CCV.

Minus est actionem habere quam rem.
PAVLVS. Lex XXVIII.

Nec ex Praetorio, nec ex solenni iure, princi-
piorum conventione quicquam immutan-
dum est: quamvis obligationum causa pactio-
nem possint mutari, & ipso iure, & per pacti con-
uenienti exceptionem: quia actionem modus, vel
lege, vel per Praetorem introductus, priuatum
pactioinibus non infirmatur, nisi tunc, cum in-
choatur pactio, inter eos conuenit.

* A&iota,
vel pactio
iuxta.

VLP

VLPIANVS. Lex CLXVI

Nemo alieno nomine agere potest. Temporaria permutatio ius provinciae non innonatur.

PAVLVS. Lex CXCIII.

Nemo damnum facit, nisi qui id facit, quod facere ius non habet.

IDEM. Lex CIII.

Nemo de domo sua * inuitus extrahi debet. * vacatinus.

VLPIANVS. Lex XCVI. uitus.

Nemo dubitat soluendo videri eum qui defenditur.

PAVLVS. Lex LXXXVIII.

Nemo enim persequendo deteriorem causam, sed meliorem facit. Demique post item contestatem heredi quoque prospicitur: et heres tenetur ex omnibus causis.

VLPIANVS. Lex XLIV.

Nemo ex iis, qui negant se debere, prohibetur etiam alia defensione vivi, nisi lex impedit. Quoties concurrunt plures actiones eiusdem rei nomine: una tantum quis experidebet.

IDEM. Lex CXXXI.

Nemo ideo obligatur quia recepturus est ab alio quod praesertim.

PAVLVS. Lex CLXIII.

Nemo plus comodi heredi suo relinquit, quam ipse habuit.

VLPIANVS. Lex LV.

Nemo plus iuris ad alium transferre potest
quam ipse habet.

IDEM. Lex LV.

Nemo potest gladii potestatem fili datam,
vel cuiuslibet alterius coercitionis ad alium
transferre

PAPINIANVS. Lex LXXVI.

Nemo potest mutare consilium suum in alte-
rius iniuriam.

VLPIANVS. Lex CLXIX.

Nemo prædo est, qui pretium numeravit.
Locupletior non est factus, qui liberum ad-
quisierit. Cum de lucro duorum queritur, me-
llior est causa posidentis.

IDEM. Lex CXXXVIII.

Nemo qui condemnare non potest; absolu-
tum non potest.

IDEM. Lex XXVIII.

Nemo videtur fraudare eos, qui sciant, &
consentiant.

IABOLENVS. Lex CLIX.

Neque insinueri dicto, neque in ceteris cau-
sis pupillo vocere oportet dolum tutoris; si-
ue soluendo est, siue non est.

VLPIANVS. Lex XLVI.

Neque pignus, neque depositum, neq; preca-
rium, neq; emptio, neq; locatio sue rei con-
sistere

sistere potest. Primitorum consentio, iuri publico non derogat.

CELSVS. Lex CLII.

Neratus consultus an quod beneficium dare se quasi viuenti Cesar rescriperat: iam defuncto dedisse existimaretur: respondit non videtur sibi principem, quod ei quem vivere existimat concessisset, defuncto concessisse: quem tamen modum esse beneficij sui vellet: ipsius existimationem esse.

VLPIANVS. Lex CXVII.

* existimationem,

Nihil consensui tam contrarium est, qui & bonafidei indicia sustinet, quam vis atque metus: quem comprobare contra bonos mores est. Non capitur qui ius publicum sequitur. Non videntur consentire qui errant.

PAVLVS. Lex CLXXI.

Nihil dolo creditor facit, qui suum recipit. * alia hæc Cuius principialis causa non consistit, nec desunt ea quidem quæ sequuntur, locum habent.

ID. Lex GXL.

Nihil interest, ipso iure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmeatur.

CELSVS. Lex GXLVI.

Nihil peti potest antea id tempus, quo per rem naturam personi possit: & cum solle tempus obligationi additur: nisi eo præterito, peti non potest.

VLPIANVS. Lex. CXXVI

Nihil tam naturale est quam eadem generare quodque dissoluere, quo colligatum est: ideoque verborum obligatio, verbis tollitur: modi consensus obligatio, contrario consensu dissoluitur.

IDEM. Lex CLXII.

Non alienat, qui duntaxat omittit possessionem.

IDEM. Lex XXII.

Non debet actori licere, quod reo non permittitur. In re obscura melius est fauere repetitionis quam aduentus lucro.

PAPINIANVS. Lex LXXXV.

Non debet alteri per alteram iniqua conditio inferri.

VLPIANVS. Lex XXII.

Non debet cui quod plus est, licet quod minus est, non licere

IDEM. Lex CXXVII.

Non est singulis concedendum, quod per magistratum publice possit fieri, ne occasio sit maioris tumultus faciendi. Infinita estimatio est libertatis & necessitudinis.

IDEM. Lex CLXXVII.

Non frandantur creditores, cum quid non adquiritur a debitore: sed cum quid de bonis diminuitur. Nemo ex suo delicto meliorem suam condit: onem facere potest.

PAV



PAVLVS. Lex C V I I I.

Non omne quod licet, honestum est. In stipulationibus id tempus spectatur, quod convivimus.

IABOLENVS. Lex C C L X .

Non potest dolo carere: qui imperio magistratus non obtemperat.

PAVLVS. Lex C C V I I .

Non potest videtur defuisse habere, qui nunquam habuit.

VENVLEIVS. Lex C.

Non potest videtur in probus, qui ignorat quantum soluere debat.

PAVLVS. Lex LXXXVII.

Non solet deterior conditio fieri eorum, qui lucem contestati sunt, quam si non essent, sed pliisque melior.

Connecte
hī: l. Ne
mo enim
suprà.

VLPIANVS. Lex X C V .

Non solent, quæ abūdant, ritare scripturas.

IDEM Lex X E T .

Non videtur capisse qui per exceptionem remouetur à petitione.

IDE M. Lex L I I I .

Non videtur defendere, non tantum qui latitat, sed & is qui presens negat se defendere, aut non vult suscipere actiones.

CAIVS. Lex L I I .

Non videtur quisquam id capere, quod ei necesse est alij restituere.

F 5

PAPINIANVS. Lex LXXIIII.

Non videtur rem amittere, cuius propria non fuit.

VLPIANVS. Lex CXXVIII.

Non videtur data, quæ eo tempore, quo dantur, accipientis non sunt: Qui ius in iudicis aliquid facit, non videtur dolo malofacere: quia parere necesse habet.

PAVLVS. Lex CXX.

Non ut ex pluribus causis deberi nobis idem potest: ita ex pluribus causis idem potest & nostrum esse.

VLPIANVS. Lex VI.

Non vult heres esse, qui ad alium transferri volunt hereditatem.

SCAEVOLA. Lex XCIX.

Nulla intelligitur morta ibi fieri, ubi nulla petitio est.

IDEM. Lex LVII.

Nulla videtur dolo facere, qui suo iure vtitur.

PAVLVS. Lex CX.

Nullum crimen patitur is, qui non prohibet cum prohibere non potest.

VLPIANVS. Lex CLXXIII.

Nunquam actiones presertim penales, de eadem re cōcurrentes, alia altam consumit.

IDEM. Lex XXXI.

Nuptias, non conubitus, sed consensu facit.

CAIVS. Lex CLXXXVI.

Omnies

18 IUNII
Lex LXXXII
miserere, sicut pro
ex CXXVIII
, quae erat tempore
is non fuit. Quid
videtur deo malo
abut.

Lex CXX
causis debet inde p
bus causa inde p

Lex VI.
qui ad alium re
tem.

Lex XCII
ra, id fieri pos
in LVII
tecerit, qui faci
s. Lex XI
ari, qui faci pos
test.

CLXXII
ejectum penitus
alii dicuntur con
XXXI
us, sed causas regula
CLXXXIX
omni

EX DIGESTIS.

91

OMnes actiones, quae morte aut tempore
pereunt, semel inclusa iudicio salva per
manent. Non videtur perfecto causque id esse.
* quod ex causa anferri potest.

quod ei
causa.

CELSVS. Lex CCLII.

OMnia ferè iura heredum perinde haben
tur, ac si continuò sub tempore mortis he
redes extitissent.

ULPIANVS. Lex CCI.

OMnia que ex testamento proficiuntur,
ita statim euentus capiunt, si initium
quidem sine vizio ceperint.

CAIVS. Lex CI.

OMnia que iure contrahuntur, contrario
iure pereunt.

IABOLENVS. Lex LXXIII.

OMnia quæcumque cause cognitionem des
iderant, per libellum expediri non possunt.

ULPIANVS. Lex CCII.

OMnis definitio in iure ciuilis periculosa est.
rarum enim ut subverti posse.

PAVLVS. Lex CLXXXI.

OMnis hereditas, quamvis postea adea
tur, tamen cum tempore mortis continua
tur. Nunquam ex post facto crescit preteriti de
licit estimatio.

ULPIANVS. Lex CXIII.

Parem esse conditionem oportet eius, qui
quid possideat, vel habeat: atque eius, cuius
dolo



dolo malo factum sit, quo minus possideret, vel
haberet.

IDE M. Lex CCV.

Plerunque fit, ut etiam ea que à nobis pos-
sunt abire, perinde in eo statu sint: atque si
non essent eius conditionis ut abire possint. &
ideo quod fisco obligamus, & vendicare inter-
dum & alienare, & seruitutem prædio impo-
nere possumus.

POMMOPONIVS. Lex XXVIII.

Plus cautionis est in rem, quam in perso-
nam.

PAVLVS. Lex CXXV.

Poenalia iudicia semel accepta, in heredes
transmitti possunt.

PAVLVS. Lex CXVIII.

Pater honorum possessorem heredis loco in
omni causa habet.

MODESTINVS. Lex CLVII.

Prinilegia quedam causa sunt, quedam
personæ. & ideo quidem ad heredes trans-
mittuntur, quæ causæ sunt: quæ personæ sunt: ad
heredes non transeunt.

CELSVS Lex CL.

Pupillus, nec velle, nec nolle in ea etate, nisi
apposita tutoris autoritate creditur: nam
quod animi iudicio fit: in eo tutoris authoritas
necessaria est.

CAIVS

CAIUS. Lex CXXI.

Pupillum, qui proximus pubertati sit, capa-
cem esse & furandi, & iniuria faciendo con-
stat. In heredes non solent actiones transire, quæ
penales sunt ex maleficio: vel isti furti, damni,
iniuria, vi honorum raptorum.

LICINIUS. Lex CCX.

Quæ ab initio inutilis fuit institutio, tem-
poris trahit conualescere non potest.

PAPINIANUS. Lex LXXXII.

Quæ dubitationis tollende causa contracti-
bus inseruntur, ius commune non ludent.

POMPONIUS. Lex VIII.

Quæ legata mortuis nobis ad *heredes no-
stris transiunt, eorum commodum per nos
iis quorum in potestate sumus, eodem casu ac-
quirimus: aliter atque, * cum stipulati sumus.
Nam & sub conditione stipulantes, omnimodo
eis acquirimus, etiam si * libertate nobis præsti-
ta à dominis, conditio existat.

PAULUS. Lex CXXIII.

Quæ propter necessitatem receptas sunt, non
debent in argumentum trahi.

IDEM. Lex XC.

Quodiu posse valere testamentum, tan-
dui legitimus heres non admittitur.

IDEM. Lex XXV.

Quatenus cuiusque intersit, in facto, non
iure consistit.

IDEM

IDEM. Lex. XV.

Qui actionem habet ad rem recuperandam,
ipsam rem habere videtur.

VLPIANVS. Lex CLXXXV.

Qui auctore iudice comi arauit, bona fide
possessor est.

IDEM. Lex XX.

Qui cum alio contrahit, vel est, vel esse debet non ignorans conditionis eius: heredi autem hoc imputari non potest, cum non sponte cum legatario contrahat. Non solum doli exceptio nocere quis, quibus voluntas testatoris nos refragatur.

PAVLVS. Lex CLXXXIIII.

Qui dolo desiderit possidere, pro possidente
damnatur: quia pro possessore dolus est.

CAIUS. Lex XLIII.

Qui in alterius locum succedunt, iusti habent causam ignorantiae, an id quod debeatur, petetur. Fidei successores quoque non minus quam heredes iusti ignorantiam possunt allegare. Hac ita de herede dicta sunt, si cum eo agatur, non etiam si agat. Nam plane qui agit certus esse debet: quum sit in potestate eius, quando relixi experiri: & ante debet rem diligenter explorare: & tunc ad agendum procedere.

VLPIANVS. Lex CXXVIII.

* In dolo **Q**ui in ius dominium re alterius succedit,
et eius recti debet. Nemo videtur * dolo
facere

M E M

LXVIII
Lex XV.
ad rem respectu
videtur.
Lex CLXII.
comparatur, hec
Lex XI.
abit, velib, vel
conditionem manu
in perfidia, et non
hat. Reputatio
voluntatis
XCLXIII.
afidens, et
o possit facere
Lex XLIII.
in successione
antia, et ad
storiae quae
poterat, et
Licit, sunt, sicut
am plane quae
a potestate eius
libet, non digni
dum procedit.
Lex CXLIX.
non aetatis, sed
Non videntur
facere, qui ignorat causam cur non debet petere.

EX DIGESTIS. 95

ID E M. Lex CLXI.

Qui in servitute est, rescapere non potest.
Nam quum possideatur, possidere non
videtur.

PAULVS. Lex CLXIII.

Qui non facit quod facere debet, videtur.
facere aduersus ea que non facit: at, qui
fecit quod facere non debet, non videtur facere
id quod facere iussus est.

MODESTINVS. Lex CLV.

Qui per successionem quamvis longissi
mam defuncto heredes extiterint, non *cessione
minis heredes intelliguntur, quam qui princi
paliter heredes extiterint.

VULIANVS. Lex CXXXV.

Qui potest facere ut possit conditioni pare
re, iam posse videtur. Quod quis si velit,
habere non potest, ad repudiarē non potest.

ID E M. Lex XXV.

Qui potest inimicis aliquibus alienare: multo
magis & ignorantibus & absentibus
potest.

PAULVS. Lex CXCVI.

Quirem alienam defendit, nunquam locu
ples habetur.

VULIANVS. Lex LXIII.

Qui sine dolo malo ad indicium prouocat,
non videtur meram facere.

PAUL



PAVLVS. Lex CLXXXV.

Quitacet, non utique fatetur, sed tamen
verum est eum non agere.

VPLIANVS. Lex CIII.

Qui retante pratore fecit, hic aduersus
edictum fecisse propriè dicitur. Eius est
actionem denegare, qui possit & dare.

PAVLVS. Lex XLIX.

Quicquid calore iracundie, vel fit, vel di-
citur: non prius ratum est quam si perse-
uerantia apparuerit iudicium animi fuisse, ideoq;
brevis reuersa vox, nec dinertisse rideatur.

IDEM. Lex LXXXI.

Quo * tutela redit, eo, & hereditas perue-
nit, nisi cum fæmina heredes intercedunt.
Quo tute. Nemo potest tutorem cuiquam dare, nisi ei quem
in suis heredibus, cum moritur, habuit, habitu-
rurus esset, si virisset. **V**i factum videat id es-
se quod quis, cum prohiberetur, fecit. Clam, quod
quisque cum controvërsiam haberet habiturum re-
se speraret, fecit. Quæ in testamento ita scripta
sunt, ut intelligi non possint, perinde sunt acti-
cripta non essent. Nec passcendo, nec legè dicen-
do, nec stipulando quisquam alteri cauere potest.

CAIVS. Lex XLVII.

Quod à quoquam pane nomine exactum
est, id eidem restituere nemo cogitur.

VPLIANVS. Lex XXXIII.

Quod attinet ad ius civile, servus pro nullis
haben

LIS IURIS
CLXXXV.
que fatus, sed un
agere.
Lex CIL
ore fecit, hic ab
proprius dictum. En
sis & datur.
Lex XII.
a cunctis, vel his po
statum quod quam p
ecium animi fugi
veritate videtur.
LXXII.
eo, & hereditate
na hereditate
quam dare, vel
ritur, habet
i factum videtur.
et facit. Con
tetur, fecit. Con
tetur habere habe
testamento lega
bunt, per gradus
ascendo, nec gradus
in alteri etiam pos
sunt. Lex XXVI.
ne nemis evad
e nemo cogit,
Lex XXXII.
niles, ferio pro in

IX. DIGESTIS.

habentur, non tamen ex iure naturali, quia quod
ad ius naturale attinet, omnes homines aequales
sunt.

97

PAVLVS. Lex CLXXXIV.

Qvod contra rationem iuris receptum est,
non est producendum ad consequentiam.
Vni duo pro solido heredes esse non possunt.

CELSVS. Lex CL.

Qvod euincitur, in bonis non est.

PAVLVS. Lex XXX.

Qvod initio ritiosum est, non potest tractio
temporis conualescere.

VPLIANVS. Lex CLXXXVI.

Qvod ipsis, qui contrarerunt, obstat, & suc
cessoribus eorum obstat.

IDEM. Lex CL.

Qvod iussu alterius solvitur, pro eo est, quasi
*ipse soluisse, vel ipsis solutum esset.

*alias de
est, ipse sol
uisse, vel.

IDEM. Lex CLIII.

Qvod nullius esse potest, id ut alicuius fieret,
nulla obligatio rales efficere.

PAVLVS. Lex CLXXXIX.

Qvod quis, cum seruus esset, egit, proficeret li
bertato factu non potest.

POMPONIUS. Lex CCIII.

Qvod quis ex culpa sua damnum sentit, non
intelligitur damnum sentire.

IDEM. Lex XXI.

QVoties dubia est interpretatio libertatis, se

G



cundum libertatem respondendum erit.

PAVLVS. Lex XCVI.

Quod votis duplice iure defertur alicui successio, repudiat o nus iure quod ante defertur super erit rectus.

VLPIANVS. Lex XC VIII.

Quod votis idem sermo duas sententias exprimit, ea potissimum accipient, qua rei gressenda aptior est.

IDEM. Lex CC.

Quod votis nihil sine captione investigari potest: eligendum est quod minimum habeat iniquitatis.

HERMOGENES. Lex XCIX.

Quod votis virtusque causa lucrati ratio versatur, preferendus est, cuius in lucro causa tempore precedit.

VENVLIVS. Lex I.

Regula est, qua rem que est, breuiter enarrat: non ut ex regula ius sumatur, sed ut ex iure quod est, regula fiat. Per regulam igitur brevius etiam narratio traditur. Et (ut ait Sabinius) quasi causa coniectio, que simul cum in aliquo ratiocinata est, perdit officium suum.

VLPIANVS. Lex CCVII.

Res iudicata, pro veritate accipitur.

PAVLVS. Lex X.

Scundum naturam est, commoda cuiusque scientium sequitur, quem sequuntur in commoda.

CAITS

EX DIGESTIS.

99

CAIVS. Lex CXC.

S Emper generalibus specialia insunt.

MODESTINVS. Lex CLVIII.

S Emper in conuenientibus non solum, quod licet
secat considerandū est, sed & quod honestū est.

CAIVS. Lex LVII.

S Emper in dubijs benigniora proferenda sunt.

VLPIANVS Lex IX.

S Emper in obscuris, quod minimum est, sequitur.

VLPIANVS. Lex XXXV.

S Emper in stipulationibus, & in ceteris contractibus id sequimur, quod actum est. Vnde si non appareat, quid actum est, consequens erit, ut id sequatur, quod in regione, in qua id actum est, frequentatur. Quid ergo sineque regionis mos appareat, quis varius fuit? Ad id quod minus est, redigenda summa est.

CAIVS. Lex LXI.

S Emper, qui non prohibet pro se interuenire, mandare creditur. Sed & si quis ratu habuerit: quod gestu est, obstringitur mandati actione.

VLPIANVS. Lex CCIX.

S Eruitum mortalitati ferè comparamus.

PAVLVS. Lex CCXI.

S Eruus reipublice causa abesse non potest.

POMPONIVS. Lex XIX.

S I filius familiæ sub conditione stipulatus emancipatus fuerit: deinde extiterit comitem,

G 2



patri actio competit: quia in stipulationibus id tempus spectatur, quo contrahimus.

VLPIANVS. Lex C.V.

Si in duabus actionibus alibi summa maior, ^{* estimatio-} ^{nisi} infamia est: preponenda est causa ^{*} estimationis. Vbi autem aequaliter famosa iudicia, et si summam disparem habeant, pro partibus tamen accipienda sunt.

SCAEVOLA. Lex XCIII.

Si librarius intranscribendis stipulationis verbis errasset: nihil nocere, quo minus, & reus & fidei sorteneantur.

VLPIANVS. Lex CXLI.

Sin nemo subiicit hereditatem, ^{* omne ius testa-} ^{mentis} soluitur.

POMPONIVS. Lex XXXIX.

Sicut pœna ex delicto defuncti heres teneri non debet: ita nec lucrum facere, si quid ex ea re ad eum peruenisset.

PAVLVS. Lex CXVI.

Si quis obligatione liberatus sit, potest rideri accepisse. Non potest rideri accepisse, qui stipulatus potest exceptione summoueri.

CELSVS. Lex XLVIII.

Si quis pregnantem uxorem reliquit, non rideatur sine liberis decessisse.

VLPIANVS. Lex XLV.

Toties in heredem damus actionem de eo, quod ad eum peruenit, quoties ex dolo de-
functo.

functi conuenit, non quoties ex suo

CELSVS. Lex CXLVI.

Vani timoris non iusta excusatio est.

PAVLVS. Lex CII.

VBi lex duorum mensum fecit mentionem.
Qui sexagesimo primo die venerit audien-
dus est, ita enim Imperator noster Antoninus
cum diuo, *fratre suo rescrisit.

*patre

VLPIANVS Lex CLVII.

VBi non voce, sed presentia opus est: mutuus si
intellectum habet, potest rideri respondere.
Idem & in surdo hic quidem responderi potest.
Furiosus, absens loco est: & ita Pomponius Li-
bro primo Epistolarum scribit.

CELSVS. Lex CXLIX.

VBi pugnantia inter se in testamento inue-
niuntur, neutrum ratum est. Quarerum na-
tura prohibentur, nulla lege confirmata sunt.

PAVLVS. Lex CIV.

VBicunque causa cognitio est, ibi prator desi-
deratur.


VLPIANVS Lex IXX.

VElle non creditur, qui obsequitur imperio
patris vel domini.

VLPIANVS. Lex XXXII.

VErum est, neque pacto neque stipulatione fa-
cili posse tollere. Quod enim impossibile est
neque pacto neque stipulatione potest comprehen-
di ut utilem actionem aut partium efficer possit.

G 3



SEQVVNTVR RE-
GVLÆ IVRIS CA-
NONICÆ EX D-
cretalibus.

IOANNES Chrysostomus. I.



MNIS res per quasq[ue] causas
nascitur, per easdem dissovitur.

BEDA IN homiliis. II.

Es state misericordes, sicut &c.
&c. Hoc loco nihil aliud nobis praecepit existimo: nisi ut ea facta, que dubium est, quo animo fiant, in meliorem partem interpretetur. Quod enim scriptum est: Ex fructibus eorum cognoscetis eos: de manifestis dictum est, que non possunt bono animo fieri: ut suprum, blasphemia, furta, ebrietas, & similia, de quibus nobis permittitur indicare.

IDEM. Lex III

Qui scandalizaverit, &c. Veilus scandala-
lum nasci permittitur quam veritas relin-
quatur.

IDEM. IV

Quod non est licitum in lege, necessitas facit
licitum. Nam & sabbathū custodiri pre-
ceptum est: Machabæi tamen sine culpa sua in
sabba

*Sabbathio pugnant. sic & hodie si quis ieiunium
frigeris agrotus, reus voti non habet.*

GREGORIUS V.

Quod latenter, aut per vim, alias illicite
introductum est, nulla debet stabilitate
subsistere.

IDE M Varien. episcop. VI.

Quod in contemplatione, & infra. In ipso
causa initio non est à questionibus incho-
andum.

STEPHANVS Papa VII.

Quod multoies. & infra Quicquid in sacra-
ris Deo rebus, & episcopis iniuste agitur,
pro sacrilegio reputatur: quia sacra sunt: &
quoquam violari non debent.

AVGVSTINVS VIII.

Quod extimore facit preceptum, aliter quam
debeat facit: & id oiam non facit.

IDE M in lib. de penit. IX.

Dilectus peccator: quia offendens in uno fa-
cto est omnium reus.


GREGORIUS in registro. X.

Quamvis causa, & infra Non potest esse
pastoris excusatio, si lapsus oves comedit,
& pastor nescit. LVCIVS leonis. XL.

Indignum est, & à Romane Ecclesie consue-
tudine alienum, ut pro spiritualib[us] facere quis
homagium compellatur.

FINIS.

G 4



REGVLÆ SEXTI
DECRETALIVM
BONIFACII VIII.

ACCESSORIVM naturam sequi
congruit principalis.
Aetus legitimè conditionem non
recipiunt neque diem.

Beneficium Ecclesiasticum non potest licere,
sine institutione canonica obtineri.

Bona fides non patitur, ut semel excluditur
exigatur.

Certum est, quod is committit in legē, qui legis
verba cōpletens cōtra legis nītū voluntatem.

Data Romæ apud sanctum Petrum, quinto
nonas Martij, Pontificatus nostri anno quarto.

Contra eum qui legem dicere potuit, aperius
est interpretatio facienda.

Contra eum ex conventione legem accipere di-
gnoscuntur.

Cui licet quod est plus, licet utique quod est
minus.

Cum non stat per eum, ad quem pertinet, quo
minus conditio impleatur: haberi debet perinde
ac si impleta fuisset.

Cum

Cum quid prohibetur, prohibentur omnia que
sequuntur ex illo.

Cum quid una via prohibetur alicui, ad id
aliam non debet admitti.

Cum quis in ius succedit alterius, iustum igno-
rante causam censetur habere.

Cum sunt partium iura obscura, reo fave-
dum est potius, quam a clori.

Tamen quod quis sua cul*i*a sentit, sibi de-
bet non aliis imputare.

Decet concessum à principe beneficium esse
mansurum.

Telichum persone, non debet in detrimentum
Ecclesie redundare.

Dolo facit qui petit, quod restituere oportet
eundem.

Ea quae fiunt à iudice, si ad eius non spectant
officium, viribus non subsistunt.

Eum, qui certus est, certiorari ulterius non
oportet.

Ex eo non debet quis fructum consequi, quod
iūs exitit impugnare.

Exceptionem obiciens, non videtur de inten-
tione aduersari consiceri.

Factum legitimè retractari non debet, licet
cajus postea eveniat à quo non potuit incohari.

Frustrabilis fidem quis postulat ab eo serua-
ri, cui fidem, à se prestitam seruare recusat.

Generi per speciem derogatur.

Ignorantia facti non iuris excusat.

Imputari non debet ei per quem non stat: si non faciat, quod per eum fuerat faciendum.

In alternius debitoris est elec^{tio}: & sufficit alterum adimpleri.

In argumentum trahi nequeunt quo propter necessitatem aliquando sunt concessa.

In generali concesione non veniunt ea que quia non esset viris mulier in specie concessurus.

In iudiciis non est acceptio personarum habenda.

In malis promissis fidē non expedit obseruari.

In obscurē minimum est sequendum.

In pari delicto, vel causa, potior est conditio possidentis.

In paenitentia benignior est interpretatio facienda.

In re communi potior est conditio probidentis.

In toto partem non est dubium contineri.

Indumenta iure beneficium, non est alicui afferendum.

Infamibus porta non patet dignitatum.

Inspicimus in obscuris quod est verisimilium, vel quod plerunque fieri consuevit.

Is qui in ius succedit alterius, eo iure, quo ille, recte debet.

Is qui tacet non facetur, sed nec rectique negare videtur.

Locuspletari non debet aliquis cum alterius iniuria, vel iactura.

Mora

Mora sua cuiilibet est nociva.

Mutare consilium quis non potest in alterius
detrimentum.

Nemo potest ad impossibile obligari.

Nemo potest plus iuris transferre in alium,
quam sibi competere dignoscatur.

Non debet alquis alterius odio praevaricari.

Non est in mora qui potest exceptione legitima-
tasi tueri.

Non est obligatorium contra bonos mores pre-
statum iuramentum.

Non est sine culpa, qui rei, qua ad eum non
pertinet se immisceret.

Non firmatur tractu temporis, quod de iure
ab initio non subsistit.

Non licet auctori, quod reo licitum non existit.

Non praestat impedimentum, quod de iure
non sortitur effectum.

Nullus ex consilio, dummodo fraudulentum
non fuerit, obligatur.

Nullus pluribus rati defensionibus prohibetur.

Odia restringi, & fauores conuenient ampliari.

Peccatum non dimittitur, nisi restituatur
ablatum.

Peccati venia non datur nisi correptus.

Pluralis locutio, duorum numero est contenta.

Plus semper in se continet quod est minus.

Possessor malefide vello tempore non prescri-
bit.

Post

Potest quis per aliam , quod potest facere per seipsum

Præsumitur ignorantia , vbi scientia non probatur.

Priuilegium personale personam sequitur , & extinguitur cum persona.

Pro possessore habetur , qui dolo desit possidere.

Quæ à iure communi exorbitant , nequaquam ad consequentiam sunt trahenda.

Quæ contra ius fiunt , debent utique pro inferis haberi.

Qui ad agendum admittitur , est ad excipendum multo magis admittendus.

Qui contra iura mercatur , bonam fidem præsumitur non habere.

Qui facit per alium , est perinde ac si faciat per seipsum.

Qui priore est tempore , potior est iure.

Qui sentit onus , sentire debet commodum : & contra.

Qui tacet , consentire videtur.

Quod alicui gratiōse conceditur , trahi non debet ab alijs in exemplum.

Quod alicui suo non licet nomine , nec alieno licebit.

Quod ob gratiam alicuius conceditur , non est in eius dispendium retorquendum.

Quod omnes tangit , debet ab omnibus appro

probari.

*Quod quis mandato facit iudicis, dolofacere
non videtur, cum habeat parere necesse*

*Quod semel placuit, amplius displicere non
potest.*

*Ratihabitionem retro trahi & mādato non
est dubium comparati.*

*Rationi congruit ut succedat in onere, qui
substituitur in honore.*

*Ratum quis habere non potest, quod ipsius no-
mine non est gestum.*

*Scienti, & consentienti, non sit iniuria neque
dolus.*

*Semel Deo dicatum, non est ad r̄sus humanos
r̄terius transferendum.*

Semel malus, semper pr̄sumitur esse malus.

*Sine culpa, nisi iubis causa, non est aliquis
punieundus.*

Sine possessione prescriptio non procedit.

Vitio non debet per inutile vitiari.

Data Romā apud sanctum Petrum.

quinto Nonas Martij, Pon-

tificatus nostri anno

quarto.

F I N I S.

D E


**DE GRADIBVS
AFFINITATIS, ET
CONSANGVINITA-
TIS, ET NOMINI-
BVS EORVM.**
 Titulus. X.

Libri XXVIII. Pan. CAIVS Len II.



*R*ADVS cognationis alij superiores ordinis sunt, alij inferioris, alij ex transuerso, sine a latere. Superioris sunt ordinis, parentes: inferioris, liberi: ex transuerso, sine a latere fratres & sorores liberis eorum. Sed superior quidem, & inferior cognatio a primo gradu incipit, ex transuerso vero, sine a latere nullus est primus gradus: & ideo incipit a secundo. Itaque in primo gradu cognationis superioris quidem & inferioris ordinis cognati possunt concurrere ex transuerso, vero, nunquam eo gradu quisquam concurrere potest. At in secundo, & tertio, & deinceps in ceteris. Possunt etiam ex transuerso quidam concurrere cum superioris ordinis cognatis. Sed admonendissimus, si quando de be

de hereditate, vel honorū possessione queramus,
non semper eos, qui eiusdem gradus sunt, concur-
re. Primo gradus sunt suprà pater mater: infra
filius filia. Secundo gradus sunt suprà, annus auia:
infra, nepos neptis: ex transuerso frater soror Ter-
tio gradus sunt suprà, proauis proania: infra, pro-
nepos proneptis: ex transuerso, fratri sororisq; si-
lius filia: & conuenienter patruus amita, auuncu-
lus, materterta. Quarto gradus sunt suprà, abauis
abauia: infra, abnepos abneptis: ex transuerso, fra-
tersororisq; nepos neptis: & conuenienter patruus
magnus, amita magna, id est, avi frater, soror, a-
unculus magnus materterta magna, id est avia
frater soror. Itē fratres patruelis, sororesque pa-
truels: id est, qui que re ex duobus fratribus pro-
generatorantur. Item consobrini consobrinesq; id est,
qui que re ex duabus sororibus nascuntur, quasi
cosororini. Itē amici in amicinæ, id est, qui que re
ex fratre & sorore propagantur. Sed vulgus ferè
omnes istos communia appellatione, consobrinos vo-
cat. Quinto gradu sunt suprà, atauis atauia: in-
fra, atnepos atneptis: ex transuerso, fratri & se-
rotori pronepos proneptis: & conuenienter propa-
trius & proamita, id est, proauis frater, & soror:
proauunculus, promaterterta id est, proauie frater
& soror. Item fratris patruelis, sororis patruelis
filius filia, & similiter consobrini consobrines. item
amici in amicinæ filius filia, propior sobrinus, pro-
prius sobrina, itē sunt patrui magni, amiae ma-
gne: auunculi magni, materterta magna filius filia.

VLPIANVS Lex II.

Hoc est patrius matris ve eius, de cuius cognatione quareritur consobrinus consobrina, siue
 frater patruelis, * vel amitus, soror patruelis
 lás de-
 verba
 x uentia. **C A I U S .** Lex III.

Sexto gradus sunt suprà, tritaus tritauiam
 frà, trinepos trimeptis: ex transuerso, fratri &
 sorori abnepos abnepis: & conuenienter appa-
 truis abamita, id est, abauis frater & soror: ab-
 amunculus, abmaterter, id est, abauie frater &
 soror sè patrii magni, amit & magne, auunculi
 magni, materter & magna, nepos nepis: item fra-
 tria patruelis, sororis patruelis, consobrina conso-
 brina, amitimi, amitiae, nepos, nepis: item propa-
 trui proamiti, proauunculi, promaterter & filius,
 filia. Itē qui ex fratribus patruelibus, aut conso-
 briniis, aut amitius vndiq; propagatur, & propriè
 sobrini vocantur. In septimo autem gradu quam
 multæ esse possint persone, ex ijs, quæ diximus, sa-
 tis appareat. Admodum tamen sumus parentum
 liberorumque personas semper duplari. Num
 enim & auiam tam maternos, quam paternos
 intelligimus, item nepotes nepesque tam ex filio,
 quam ex filia: quam rationem clictet: incepit in
 omnibus gradibus suprà in frâque sequenur.

M O D E S T I N V S . Lex IIII.

Non facile autem, quod ad nostrum insat-
 uinet, cum de naturâ cognitione quarti-

Lex II.
e cuius de cunctis
primus confabula
tinus sicut per
tur septimum gradū qui excedit: quatenus ultra
eum ferè gradum rerum natura cognatorum
iura consistere non patitur. Cognati ab eo dici
putantur, quod quasi una communiter nati, vel

vitam.

ab eodem orti progenitive sint. Cognitionis sub-
stantia bifariam apud Romanos intelligitur.

Nam quedam cognitiones iure ciuiti, quedam
naturali*, connectuntur: nonnunquam & veroq;
iure concurrente, & naturali, & ciuili copula-
tur cognatio. Et quidē naturalis cognatio per se

* continē-
tux.

sine ciuili cognitione intelligitur, que per fami-
nas descendit, que vulgo liberos pariunt. Ciuitis
autem per se (que etiam legitima dicitur) sine na-

turali sit cognitione per adoptionem. Veroque
iure consistit cognatio cum iustis nuptiis contra-
etis copulatur. Et naturalis quidē cognatio hoc

ipso nomine appellatur: ciuitis vero cognatio, li-
cet ipsa quoque per se plenissimè hoc nomine vo-
cetur, proprietatem agnatio vocatur, videlicet

que per mares contingit. Sed quoniam quadam
iura inter affines quoque versantur, non alienū

est hoc loco de affinis quoque breviter differe-
re. Affines sunt viri & uxoris cognati: dicti ab
eo, quod duas cognitiones, quae diuersa inter se

sunt, per nuptias copulantur, & altera ad altera
cognitionis finem accedit: nāque coniugen-
tia affinitatis causa fit ex nuptiis. Nomina vero

eorum haec sunt: sacer, sacra, gener, nurus: nouer-
ca, nūtric: priuignus, priuigna. Gradus vero

affinitatis nulli sunt. Et quidem viri pater, & so-
risq; sacer : mater autem eorum, soerus appella-
tur, cum apud Grecos propriè viri pater inq;is
mater vero iugà, uxoris autem pater virilis
mater vero virilis & vocetur. filij autem viror-
nus, filie vero vir, gener appellatur. Viror
vero liberis ex alia uxore natus nouerca dicitur:
matri vir ex alio viro natus vitricus appela-
tur: eorum uterque natos aliunde, priuignos
priuignasque vocant. Poteſt etiam ſic definiri.
Sacer eſt uxoris meæ, pater, ego illius ſum gener,
Sacer magnus dicitur uxoris meæ auus, & ego
sum illius progenet. Et retro pater meus uxoris
meæ ſacer eſt: hac illius natus, & auus meus ſo-
cer magnus eſt: illa illi pronurus. Item ſocrus
meæ, uxoris meæ mater eſt, ego illius ſum genet,
& proſocrus mea uxoris meæ auia eſt, ego illius
sum progenet, & retro mater mea, uxoris meæ
ſocrus eſt: illa huic natus, & auia mea ſocrus
magna eſt: & uxor mea illi pronurus. Priu-
ignus autem aſt uxoris meæ filius, ex alio viro na-
tus: ego illi vitricus. & in contrarium uxori meæ
liberis, quoſ ex alia uxore habeo nouerca di-
citur: liberi mei illi priuigni ſunt. Viri ſratet, leuit
ul, meica eſt: apud Grecos dñg appellatur: vt eſt apud
nis, omnis Homerum relatiū: ſic enim Helena ad Hectore
mali cau dicit: * Διὸς ἡμίονος κυρίος νεονεκάβις οὐρανός.
ſatricis Viri ſoror, glos dicitur: apud Grecos γένες.
Herrida. Dñorum fratrum uxores aīxjōis dicitur apud
Grecos

Grecos, quod uno verso idem Homerus significat: *Δειπνον γαρ δωρεαν, οινοντας ειναι την αγρα*.
Hos, itaque qui affinitatis causa inter se, parentum loco liberorumque habentur, matrimonio copulari nefas est. Sciendum est neque cognationem neque affinitatem esse posse, tibi nuptiae trum uxo interdictae sunt, ex quibus affinitas coniungitur. Libertini libertinaq; inter se affines esse possunt. In adoptionem datis, aut emancipatus, quascumque cognationes affinitatesque habent, retinet: agnationis iura perdit: sed in ea familia ad quam per adoptionem venit, nemo non sine est illi cognatus, prater patrem, eisque, quibus aquas iur: affinis autem ei omnino in ea familia nemo est. Is cui aqua & igni interdictum est, vel aliquo modo capite diminutus est, ita ut libertatem & civitatem amiserit: & cognationes & affinitates omnes, quas ante habuit, amittere.

id est, le-
utrorum
aut glo-
rium, aut
duorum
rum niti-
de indu-
rum.

nisi nu-
ptiz in-
terdicta

P A V L U S . Lex v.
S filium naturalem emam ipanero, & alium adoptauero, non esse eos fratres. Si filio meo mortuo, Titum adoptauero, videri eum defunctum fratrem suiss, Attianus ait.

V L P I A N U S . Lex vi.
*L*abeo scribit, nepotis ex filia meanati rexarem virum misse esse. Et generi & nurris appellatione, sponsus quoque & sponsa, cotineretur. At enim sacer & socrus appellatione, spousi

H. 2

* conti- suorum parentes* contineri videtur.
uentur.

S C A E V O L A . Lex VII.

Priuignus etiam is est, qui vulgo conceptus,
ex ea natus est, que postea mihi nupsit.
Aequè & is, qui (cum in concubinatu erat mater
eius) natus est ex ea, que postea aliq nupta sit.

P O M P O N I V S . Lex VI.

Seruius recte dicebat, saceri & sacerus, &
generi & nurus, appellationem etiam ex
sponsalibus acquiri.

P A U L V S . Lex IX.

Stemmata cognationum directo limite in duas
lineas separantur: quarum altera superior est,
altera inferior. Ex superiori vero & secundo gra-
du transverse linea pendent, quas omnes latore
traetatu habito, in libri singulari congessimus.

I D E M . Lex X.

Iuris consultus cognatorum gradus, & affinium
nosse debet: quia legibus hereditates, & tute-
la ad proximum querere agnatum redire con-
suenerunt. Sed & dicto Prator proximo cincu
cognato dat bonorum possessionem. Praterea lege
indictorum publicorum contra affines & agna-
tus id est, testimonium iniuiti dicere non cogimur. Nomē
cognatus. cognationis à Græca voce* οὐγγενής dictum vir-
detur, οὐγγενές enim illi vocant, quos nos cognati
appellamus. Cognati sunt, & quos agnatos
lex duodecim Tabularum appellat, sed & per pa-
rem cognati, ex eadem familia sunt. Quis autem
per

perfuminas coniunguntur, cognatis tantum nominantur. Proximiores ex agnatis, sui dicuntur. Inter agnatos igitur & cognatos hoc interest, quod inter genus & speciem. Nam qui est agnatus, & cognatus est. Non tamen qui cognatus est, & agnatus est. Alterum enim ciuile, alterum naturale nomen est. Nunc vero non parcimus his cognitionum nominibus etiam in seruis. Itaque parentes & liberos fratresque etiam seriorum dicimus, sed ad leges serviles cognationes non pertinent. Cognitionis origo, & per feminas solas contingit. Frater enim est, & qui ex eadē matre, tantum natus est. Nam qui eundem patrē habet, licet diuersas matres, etiam agnati sunt. Parentes usq; ad tritauis apud Romanos proprio vocabulo nominantur: vteriores, qui non habent speciale nomine, maiores appellantur. Item liberi usque ad nepotem: ultrahos posteriores vocantur. Sunt & ex lateribus cognati, ut fratres sororesque, & ex his progenitri: item patrui, amiti, avuncū i & matrerie. At quoties queritur, quanto gradu queque persona sit: ab eo incipiendum est, cuius de cognatione quartimus: & si ex inferioribus aut superioribus gradibus est, recta linea sursum versus vel deorsum tendendo facile inuenemus gradus. si per singulos proximum quenque numeremus. Nā qui mili proximo gradu proximus est, nisi secundo gradu est mili. * Similiter ascendentibus & descendantibus singulis a crescit numerus.

H 3

* 5 militer
e sim acce
dantibus
singulis
crescit nu
merus.



rus. Idem faciendum est in transuersis gradibus. sic frater secundo gradu est, quoniam patris vel matris persona, per quos conuengitur, prior numeretur. Gradus autem dæli sunt ad similitudinem scalarum, locorum ve proclivium, quo sita ingredimur, ut à proximo in proximum, id est, in eum qui quasi ex eo nascitur, transeamus. Nunc singularios gradus numeremus. PRIMO gradu cognationis sunt sursum versus duo, pater & mater: deorsum versus duo filius & filia: qui camen & plures esse possunt. SECUNDO gradu duodecim persone continentur hec, unus, hoc est, patris & matris pater: item unus similiter tam paternum, aut per patrem, aut per virumque: id est, ex utroque eodem parente. Sed hic numerum non auget, quod nihil differat ab eo, qui eundem parentem habent tantum, nisi quod si eisdem cognatis habent paternos quam maternos. Et ideo cœnire solet in his qui diuersis parentibus nati sunt, ut qui meo fratris frater sit, meus cognatus non sit. pone me fratrem habere ex eodem parentum patre fratrem alii habere ex eadem matre: illi inter se fratres sunt, milii alter cognatus non est. Hic soror similiter numeratur ut frater. Nec possoque dupliciter intelligitur ex filio vel filia natus. Idem est, & in nepte. TERTIO gradu persone continentur trigintadue. Pro-

autus



ains qui quadrifariam intelligitur. Est enim
 aut paternus vel maternus pater: stem autem pater-
 ne vel materne pater. Proavia quoque quatuor
 personas complectitur: est enim aut aui paterni,
 aut aue paterna mater: item aui materni & si-
 militer aue materna mater. Patrius, is autem
 est patris frater: & ipse dupliciter intelligendus
 est, ex patre vel matre. puta aua paterna mea
 nupsit patri suo, peperit te: aua paterna sua nu-
 psit patri meo, peperit me: ego tibi patrius sum,
 & tu mihi: Idem evenit: si duae mulieres altera
 alterius filio nupserint, nam qui ex his masculi
 nati sunt, inuicem patres sunt: que feminis in-
 uicem amittuntur. Idem in feminis: masculi enim si-
 militer illis patrum feminae amittuntur. Et si vir
 & mulier: ille filium eius duxerit, illa filio eius
 nupserit: qui ex patre adolescentes nati erunt, ex
 matre puellae natos, fratris filios: qui ex matre
 puellae nati erunt, ex patre adolescentis natos, so-
 toris filios: illa eos patruos, illi eas amitas appelle-
 buntur. Auunculus: is: matris est frater, & eadem
 significacione, qua in patruo diximus, contin-
 git: si duo viri alter alterius duxerit filium, qui
 ex his masculi nati fuerint, inuicem auunculi:
 que feminis, inuicem materterae erunt: & eadem
 ratione masculi puellis auunculi, & ille illis
 erunt materterae. Amita est soror patris, sicut
 supra accipienda. Materterae est matris soror si-
 militer et supra. Illud votandum est, non quem-

admodū patris matrisque fratres sorores , patris amīta , auunculi materter & dicuntur : ita fratris sororisque filios filias , nomen speciale cognationis habere : sed ita demōstrari , fratris sororisque filios filias . quod quidem & in aliis accidere , ex posterioribus apparebit pronepos quoque & pronepis quadrifariam intelliguntur : ut enim ex nepote ex filio , aut ex nepote ex filia descendunt , ant ex nepte ex filio , aut ex nepte ex filia propagantur .

Q Y A R T O gradu personae continentur octoginta : abauus , cuius intellectus in octo personas porrigitur . est enim proavi paterni , aut materni , pater quos singulos duplīci modo intelligendos diximus : aut proavia paterna , aut materna pater : que & ipsa singula duplīciter accipiuntur . Abania , & hac eadem oēlies numeratur : est enim proavi paterni aut mat . rni : item proavia paterna aut materna mater . Patruus magnus est frater avi , sed aius , item fratres , quum duobus modis intelligantur , quatuor personas hoc nomen amplectitur , ut sit avi paterni , vel materni : frater , qui ex eodem patre , id est , proavo , vel tantum matre eadem , id est proavia natus est . Qui vero mihi est patruus magnus , si patrio meo vel matri mea p . truus est . Amita magna est auis soror . Aius autem , item soror , ut supra diximus , duplīciter intelliguntur : & ideo hic quoque quatuor personas intelligimus . Similiter que patre meo vel matre mea amīta est , mibi

RADI^{VI}
 ne fratres sorores
 & dicuntur: ut p-
 omen sociale organa
 i, fratris sororis
 n alio accedit, quod
 posse quaque & prop-
 nitut: ut eum ex ap-
 pte filia descendat, et
 per one continetur
 collectus in aliquo
 us patrem, sicut
 pleris modo in
 aterna, sicut nam
 & duplicitate ap-
 n oclito natus
 mat, natus
 nater. Patrum
 em fratre, quod
 it am patrem
 n parte sibi
 , id est fratrum
 trum magnum
 rum ob amitiam
 , item soror
 diligenter: & si
 in deligimus, dico
 amitiam

erit amita magna. Auunculus magnus est aviæ
 frater. Quatuor persona huic nomini eadem ra-
 tione sunt subiecte: nisique is est auunculus ma-
 gus, qui patri meo vel matri meæ auunculus
 est Matertera magna est aviæ soror. Quatuor
 modis & hac ob eandem causum intelligitur. Et
 que matri meæ, vel patri mes matertera est,
 mihi matertera magna vocatur. Eodem gradu
 sunt & illi qui vocantur fratres patruelæ: itē so-
 rores patruelæ, amitini amitina, consobrini cōso-
 brini hi autem sunt qui ex fratribus aut soro-
 ribus nascentur: quos quidem ita distinxerunt,
 & eos quidem qui ex fratribus nati sunt, fratres
 patruelæ: item eas, que ex fratribus natae sunt,
 sorores patruelæ: ex fratre autem & sorore, amiti-
 nos amitias: eos vero & eas, qui quare ex so-
 rribus nati natae sunt, consobrinos, consobri-
 nae, quasi cōsorbrinos appellarent: sed plerique hos
 omnes consobrinos vocant: sicuti Trebatius. Sub
 hac appellatione nominum: personæ cadent sexde-
 cimæ: patrum filius, item filia: que bisariam (si-
 cut suprà) numerantur. nam patris mei frater
 esse potest, vel ex eodem patre. vel etiā ex matre
 sola amitæ filius: item filia auunculi filius, item
 filia matertera filius, item filia, amita, auuncu-
 lo matertera acceptis duplice intellectu, secundum
 eandem rationem: qua patrui nomen. Fratris so-
 rorisque nepos, ac nepos eodem gradu sunt. Sed
 & frater, item soror, neposq; & nepotis duplíc;

ter acceptis continebunt personas sexdecim sc:
fratris codem patre nati nepos ex filio, nepos ex
filia, neptis ex filio, neptis ex filia, fratrī ex alio
patre eadēmque matre nati, nepos ex filio, nepos
ex filia: neptis ex filio, neptis ex filia. Eademq;
causa octo personæ efficiunt, ut alie octo acci-
dant, ex sorore natorum nepotes neptis que
similiter numerantur à nobis. Fratrī autem mi-
nimos neptis que me, patrum magnum appelle-
lant. Fratrum sororūnque meos nni nepotes, ne-
ptis que, item mei inter se cōsobrini sunt. Abnepos
ab neptis h̄i sunt pronepotis, proneptis, filius fi-
lia, nepotis, neptis, nepos, neptis, filii filiae pro-
nepos, proneptis, personas sexdecim contine-
bunt: nepote vel ex filio nato vel ex filia, nepte
vel ex filio nata: rebex filia acceptis: ut ad sin-
gulas personas gradu descendamus: sc: filius, ne-
pos, pronepos, abnepos, filius, nepos, pronepos, ab-
neptis, filius, nepos, proneptis, abnepos, filius, ne-
pos, proneptis, abneptis, filius, neptis, pronepos,
abnepos, filius, neptis, pronepos, abneptis, filius,
nepos, proneptis, abnepos, filius, neptis, prone-
ptis, abneptis. Similiter hæ personæ numerabun-
tur preposita filia: & sic sient sexdecim. QY IN-

* 184. T O gradū personæ continentur * EXCIT.
Ataūs scilicet & atavia. Ataūs est aban-
nel abanis pater, proanis vel proaūs annis, ani-
mūs proaūs, matris vel patris abauus.
Huius appellatio personas complectitur sexde-

cum enumeratione farta tam per mares, quam
persimilares, & sic ad singulas personas perue-
niamus. Pater, aius, proauius, abauus, atauus.
Pater, aius, proauius, abauia, atauus. Pater,
aius, proauius, abauus, atauus. Pater, aua,
proauius, abauus, atauus. Pater, aua, proauius,
abauia, atauus. Pater, aua, proauiia, abauus,
atauus. Pater, aius, proauiia, abauia, atauus.
Pater, aui, proauiia, abauia, atauus. Similiter
matris persona preposita numeratio fiet: Sta-
via totidem personas continet, eadem ratione
numeratas, id est, sexdecim. Patrius maior est,
proaui frater, patris vel matri patrius ma-
gnus. Sub hoc nomine erunt personae octo, &
sic enumerabuntur. Pater, aius, proauius, ab-
auus, frater proaui. Pater, aua, proauius, ab-
auia, frater proaui. Pater, auaia proauius, ab-
auia, frater proaui: totidem erunt matris perso-
nae, & proaui eius prepositus. Ideo autem fra-
trem proaui enumerantes, ante abauum pon-
imus. quod (ut supra significauimus) non al-
ter perueniatur ad eum de quo queritur, ni-
si per eos transitum fuerit, ex quibus nascitur.
Aunculus maioris est proaui frater, patris
vel matris aunculus magnus. Eadem dimi-
nuta hinc quoque octo personas computabi-
mus, hoc tantum in iunctu. & ut is pro fratre pro-
ponatur. Amita maior: ea est proaui soror
patrie

patris vel matris amita magna: quod ad numerum expositionemque personarum pertinet, eadem erunt, immutato hoc, ut proavi soror ad extremum ponatur. Materterta maior, hec est. soror proavia, patris vel matris materteramagna, numerus personarum idem est, ut in nouissimo patruo simo ponatur proavia & soror. Hos omnes patruos maiores, maiores quo retulimus, quidam appellant ita: propairius, proauunculus, proamita, promaterteria: quos tamen ego ita nomino, illi contra filius vel sororis pronepotem me demonstrant. Patruimagni filius filia: hi sunt fratribus autem filius filia, proavi proavia nepos neptis ex filio, patris vel matris consobrinus consobrina. Octo personas & hic computabimus: quod unus & frater, et iam dictum est, dupliceiter accipiuntur: & ideo patruimagni filius quatuor implet, totidem filia. Amita magna filius filia: hi sunt autem sororis filius filia: proavi proavia, nepos neptis ex filia: patris vel matris consobrinus consobrina. Numerus personarum idem est, qui supra, Autem cuius magis filius filia: hi sunt fratre autem filius filia, proavi proavia nepos neptis ex filio, patris vel matris consobrinus consobrina: numerus idem. Materterta magna filius filia, hi sunt autem sororis filius filia, proavi proavia, nepos neptis ex filia: patris vel matris consobrinus consobrina. Computatio eadem personarum quas enumerauimus. Patruimagni filius eins, de cuius cognatione queritur

ritur propior sobrinus vocatur. Nam, ut & Maf-
 farius ait, quem quis appellat propiorem sobri-
 num, qui est patris vel matris sua consobrinus, aut
 consobrina, ab eo consobrini consobrinare filius
 filia nominatur. Patrii nepos neptis: hi sunt cui
 paterni, vel cuius paterna, pronepos, proneptis,
 ex nepote vel ex nepte filio natis, consobrini con-
 sobrina filius octo personas continebunt: qua-
 tuor nepos, quatuor neptis, quia & paterius du-
 pliciter accipitur, & nepos vel neptis sub singulis
 patriorum personis duplicatur. Amitie nepos
 vel neptis, hi sunt cui paterni vel amic paterna,
 pronepos proneptis ex nepote vel ex nepte filia
 natis: consobrini consobrina filius filia, numerus
 idem est. Siuncuius nepos neptis materterae nepos
 neptis: hi sunt cui materni vel amic materna,
 pronepo: proneptis ex nepote vel nepte filio na-
 tis, cetera eadem, que in patrum, & amic nepote
 vel nepte dicimus. Materterae nepos neptis: hi
 sunt cui materni, vel amic materna pronepos
 proneptis, ex nepote vel ex nepte filia natis, perso-
 narum numerus idem qui supra. Is omnibus quos
 de patrui nepote proposuimus, is de cuius cognatione
 queritur, propior sobrinus est: nam patris
 vel matris eius consobrinus est: Fratris pronepos
 proneptis, hi continebunt personas sexdecim, fra-
 tre dupliciter, & pronepote, & pronepte singu-
 lis, quadrifariam (vt supra demonstrauimus)
 acceptis. Sororis pronepos proneptis similiter
 sexde

sexdecim personas continebunt. At nepos, atne-
ptis, hi sunt abnepotis, vel abneptis filius filia:
pronepotis vel proneptis, nepos: neptis nepotis vel
neptis, pronepos proneptis, filij vel filie, abnepos
abneptis. Numerabuntur sub hac appellatione
triginta due personae, quia abnepos exdecim ha-
bet, & totidem atneptis. SE X IO gradis conti-
nentur personae CCCXLVII. Tritanus, autem est patriis vel matris atanus, cui vel aua:
abauus, proauus vel proaviae proauus; abauus vel
abauie auus, sacauus vel atauia pater, dictus in
taus quasi tertius auus personas vero comple-
titur triginta duas. Geminetur enim necesse es-
t propter qui in atauo sunt numerus, immutatio person-
atauo.

* gul as personas * atauiam facta, ut sexdecim tri-
* avi pa tauri intelligatur * etaso. & toties ataua. Tri-
ter. tauri similiter enumerata faciet personas trigin-
taduas. Patrius maximus: is est abauus frater
atau & ataua filius, patris vel matris patruus.
maior, personas continet sexdecim sic: Pater,
auus:proauus, abauus, atauus, abauus frater. Pa-
ter, auus, proauus, abauus, atauia, frater ab-
au. Pater, auus, proauia abauus, atauus frater
abau. Pater auia, proauus abauus, atauus,
frater abau. Pater, auia proauus, abauus, atauus,
abauus, abauus frater. Pater: auia, proauia, abauus,
atauus, frater abau. Pater, auus, proauia abauus,
atauia abauus frater. Pater, auia, proauia
abauus, atauia, abauus frater. Totidem erunt ma-

AFFINITATIS.

127

127

eris appellatione preposita. Anunculus maximus, est abauia & frater, patris, vel matris anunculus maior, & numerus idem personarum exposuit eadem que supra: hoc duntaxat immutato, ut pro abauia fratre, abauia fratem ponas. Amicitia maxima, est abauia soror, patris vel matris amicitia maior: cetera ut in patruo maximo, immutato tantum hoc, ut ubi est abauia frater, ponatur abauia soror. Materteria maxima, est abauia soror patris vel matris materteria maior: cetera ut supra, ad extremum duntaxat pro abauia fratre + posita abauia sorore. Hos omnes quos a patruo maximo proposuimus, quidam his nominibus designata: ab patruo, ab anunculus, ab amita, ab matreteria. Itaque & nos indifferenter hoc ponemus. Quos autem ego apollo ab patruo, ab anunculus, ab amitas, ab matreteria, illi demonstrant me fratris sororisque ab nepotem. Patru majoris filius filia hui sunt pro cui fratis filius filia, abauia abauia per preauum, nepos neptis ex filio. Personae sub hoc erunt sexdecim enumeratione sic duntaxat, ut in quinto gradu, in patruo maiorem demonstraverimus, fecimus, adiecto duntaxat filio filia: quia filius patru majoris totidem necesse est personas complectatur, quot patruus maior, id est dolo. Totidemq; ex filie persona computatis, is numerus efficietur: quem supra posuimus. Amicitia maioris filius filia, hi sunt pro cui sororis filius filia, abauia abauia, per preauum nepos neptis ex filio.

ex filia. Et hic eadē ratione personas enumerabimus totidem. *Anunculi* maioris filius filia, hi sunt proavia fratis filius filia: abauia abauie per proaviam nepos neptis ex filio. Eadem hic dumeratio facienda est, que in patrii maioris filio filia. Materterae maioris filius filia, hi sunt proavia sororis filius filia: abauia abauie per proaviam nepos neptis ex filio. Circa numerum personarum expositi est, ut supra. Hi omnes quos proposuimus à patrii maioris filio, aro aut & eius de cuius cognatione queritur, fratribusq; & sorribus eorum consobrini consobrinæ sunt: at patrimatrique eiusdem, fratribusque, & sorribus utriusque proprii sobrinus. Patrius magni nepos vel neptis, amita magna nepos vel neptis, *Anunculi* magni nepos vel neptis, materterae magna nepos vel neptis, hæc singula nomina continent personas sedecim. Nam cum patrii magni (verbi gratia) persona quadrifaria intelligatur, nepotis bisarum geminatur is numerus, nepote duxat tax adnumerato, & quadruplicatur is, quis geminus erat, duplicatur etiam nepte cōputata: & tantum enīs dumerationem proponemus exēpli gratia: Pater, auius, proavis, frater aui, qui est patruus magnus, filius eius, nepos eiusdem ex filio, itē neptis. Pater auius, proavia, frater aui, qui est patruus magnus, filius eius, nepos eiusdem ex filio, item neptis. Pater auius, proavis, frater aui, qui est patruus magnus, filia eius, nepos eiusdem ex se

RADIBVS.
 ratione perficiuntur
 scilicet maiori fratre plu-
 laus filius : ab aliis
 est filio. Eadem belli-
 que in patre numeri
 ris filius filii, huius
 ab aliis ab aliis pro-
 filio. Circumstantia
 supera Humanaque
 toris filio, sive auia
 toris, fratris, &c. &
 conformatur ad
 fratribusque omni-
 bus. Pater me-
 & nepos velut
 episis, matrem
 angula nonata cu-
 cum patrem ne-
 faria intelligi
 sumus; neppos
 applicatur, ne-
 ppe cipitatus, ne-
 proponeamusque
 & fratres, quod
 , nepos existent
 e auia, fratris auia
 ius, neppos existen-
 os, pater, fratre
 filia eius, ex filia
 pater, auia, fratre

I

patrui, neptis eiusdem ex filio, pronepos ex nepo
filio nata, item proneptis. Pater, avus, patruus, fi-
lius patrui, neptis eiusdem ex filio, pronepos ex
nepo filio nata, item proneptis. Pater, avus, pa-
truuus, filia, patrui, neptis eiusdem ex filia, prone-
pos ex nepo, filia nata, item proneptis. Pater, avus,
patruus, filia patrui, neptis eiusdem ex filia, prone-
pos ex nepo filia nata, item proneptis. Amita
pronepos, proneptis, totide personas ead ratione
et hic continent: tantum pro patruo, amita sumpta.
Annuli pronepos, proneptis, pro patruo, item
annulo positio. Materterae pronepos, proneptis.
Et huc patruus positio est, materterae numerata,
eundem numerum personarum invenimus. Hi
omnes eius de curia cognatione queritur, consi-
brinorū nepotes nepotis, sunt patruis sororisque
abnepos abnepotis, hi efficiunt personas XI. I. et
ex suprascripsis apparere possit. Trinepos trine-
ptis, hi sunt si iiii plures, atnepos atnepotis, nepotis
neptis, abnepos abnepotis, pronepotis, proneptis,
pronepos proneptis, abnepotis abnepotis, ne-
pos neptis, atnepotis atnepotis, filii filia. Haec ap-
pellationes demonstrat personas LXIIII. Nam
XXXII, trinepos complect, totidem trineptis. Ab-
nepote enim numerus quadruplicans in se efficit
XXXII, ipso nepote duas significante, pronepote
quatuor, abnepote octo, atnepote sexdecim. His
accedit trinepos trineptis, vni cxx atnepote: alto-
ri, ex atnepote narr. Per singulos autem gradus
ideo

ideo geminatio sit, quia maribus adiunguntur feme-
mine, ex quibus proximus quisque progenitus
est: & enumerabuntur sic: *Filius*, *nepos*, *prope-*
pos, *abnepos*, *atnepos*, *trinepos*, item *trineptis*.
Filia, *nepos*, *ronepos*, *abne* *os*, *atnepos*, *trinepos*,
item *trineptis*. *Filius*, *nepis*, *pronepos*, *abnepos*,
atnepos, *trinepos* ite *trineptis*. *Filia*, *neptis*, *pro-*
nepos, *abnepos*, *atnepos*, *trinepos*, item *trineptis*.
Filius, *nepos*, *proneptis*, *abnepos*, *atnepos*, *trine-*
pos ite *trineptis*. *Filia*, *nepos*, *proneptis*, *abnepos*,
atnepos, *trinepos*, ite *trineptis*. *Filius*, *neptis*, *pro-*
nepos, *abnepos*, *atnepos*, *trinepos*, *izinops*, ite *trineptis*. *Fili-*
lia, *neptis*, *proneptis*, *abnepos*, *atnepos*, *trinepos*,
ite *trineptis*. *Filius*, *zepos*, *pronepos*, *abnepos*, *at-*
nepis, *trinepos*, ite *trineptis*. *Filia*, *nepos*, *prone-*
pos, *abnepos*, *atnepos*, *trinepos*, ite *trineptis*. *Fili-*
lia, *neptis*, *pronepos*, *abnepos*, *atnepos*, *trinepos*,
ite *trineptis*. *Filia*, *neptis*, *pronepos*, *abnepos*, *at-*
nepis, *trinepos*, item *trineptis*. *Filius*, *nepos*, *pro-*
nepis, *abnepos*, *atnepos*, *trinepos* ite *trineptis*.
Filia, *nepos*, *proneptis*, *abnepos*, *atnepis*, *trinepos*,
item *trineptis*. *Filius*, *nepis*, *proneptis*, *abnepos*, *at-*
nepis, *trinepos*, item *trineptis*. *Filia*, *neptis*, *pro-*
nepos, *abnepos*, *atnepos*, *trinepos* ite *trineptis*. *Fili-*
lia, *neptis*, *proneptis*, *abnepos*, *atnepos*, *trinepos*,
item *trineptis*. *Filius*, *nepos*, *pronepos*, *abnepos*, *at-*
nepis, *trinepos*, item *trineptis*. *Filia*, *nepos*, *prone-*
pos, *abnepos*, *atnepos*, *trinepos* ite *trineptis*. *Fili-*
lia, *neptis*, *proneptis*, *abnepos*, *atnepos*, *trinepos*,
item *trineptis*. *Filius*, *nepos*, *pronepos*, *abnepos*, *at-*
nepis, *trinepos*, item *trineptis*. *Filia*, *neptis*, *pro-*
nepos, *abnepos*, *atnepos*, *trinepos* ite *trineptis*. *Fili-*
lia, *neptis*, *proneptis*, *abnepos*, *atnepos*, *trinepos*,
item *trineptis*. *Filius*, *nepos*, *pronepos*, *abnepos*, *at-*
nepis, *trinepos*, item *trineptis*. *Filia*, *nepos*, *prone-*
pos, *abnepos*, *atnepos*, *trinepos* ite *trineptis*. *Fili-*
lia, *neptis*, *proneptis*, *abnepos*, *atnepos*, *trinepos*,
item *trineptis*. *Filius*, *nepos*, *pronepos*, *abnepos*, *at-*
nepis, *trinepos*, item *trineptis*. *Filia*, *nepos*, *prone-*
pos, *abnepos*, *atnepos*, *trinepos* ite *trineptis*. *Fili-*
